Sed pro clariori itellectu. quero an liceat alicui petere ordines. ad h̄ vt poſſit bn̄ficiū eccleſiaſticū ꝯſequi. Et videtur ꝙ ſic. p c. oſius. iuncta glo. in. §. ſe vbi habetur ꝙ laic⁹ poteſt ſe facere ordinari ad hoc vt in epm poſſit eligi. fa. c. cō ſuluit. lxxiiij. di. et c. ſi officia. lix diſ. ꝯfirmat qꝫ licitum eſt etiā alicui ſuire in eccleſia ſpe ꝯſequēdi beneficiū glo. in c. ſunt nōnulli. j q. j. ꝛ in c. cū eſſent de ſymo. cū ſi. facit ꝯmunis theorica qua habetur ꝙ pmiſſo aliquo. pmiſſum eſt ꝛ añs neceſſariū ſꝫ digno pmiſſū eſt petere bn̄ficiū. p ꝯñs pmiſſum eſſe debet petere ordines ſine q̄bꝫ beneficiū nō pōt habere vel exeq̄ et loquor de beneficio eccleſiaſtico. Sed ꝯtra faciūt multa iura. tex. in c. hoc ad nos. lix. diſ. vbi glo. arguit. ꝙ nullus debet tonſorari ad hoc vt dignitatē ꝯſequatur. Et c. p laicos. xvj. q. vij. et c. cum ad noſtram de elec. vbi habetur ꝙ nullus debet monachari. ea ſpe vt in abbatē eligatur. eſſet enim ſymoniacū ratio quia talis non videtur monachari propter deum. ſed ppter honorē aut queſtum. Idem dicendū ſm panor. de clerico ſeculari. Nam recipiens ordinem propter beneficia eccleſiaſtica obtinenda ꝯmittit ſymoniā ſaltem mentalem Solutio. dicendum puto Si quis ad hoc ꝓncipaliter peteret ordines ppter beneficia ꝯſequenda ſymoniam ꝯmitteret. ſaltem mentalē. quia talis intendit ſeruire deo ppter beneficium. ſecus ſi min⁹ ꝓncipaliter hoc intenderet. pro quo glo. lxj. diſ. §. Sed aliud. que dicit ꝙ ordinādus ſpe beneficia cōſequendi dummō non ꝓncipaliter. non peccat Et illa eſt opinio cōmunis que traditur in multis locis. Sed qꝛ paucoꝝ eſt intelligere quādo hoc fiat ꝓncipaliter et qñ ſecundarie

**Sextus. §. ponit duos fines petentium.**

Quo ſciendum. ꝙ licitum eſt duos fines i aliq̄ actu cōſtituere vnū tpalē et aliū eternū. dūmō illud qd̄ eſt eternū ſit ꝓncipalis ꝛ vltim⁹ finis intent⁹ vt grā exempli. optabit aliquis ſufficiens et idone⁹ bn̄ficiū eccleſiaſticū

vt ſcȝ habeat vnde vitam ſuā ſu-
ſtentaret ⁊ vt etiā maiorē habeat
occaſiōem ⁊ facultatē dō debit o
ſuiendi h ſꝫ duo fines liciti inten
ti. vn⁹ tpalis ⁊ ali⁹ etern⁹. Si igiꝛ
finis pm⁹ ſeu ꝓpior ſit ipm dī ſui
tiū debite facere. ⁊ finis vltim⁹ ac
pncipalis ſit ſuſtentatōꝫ vite hře
tūc ordo eſt ꝑuerſus Si ꝟo ɔ̄rio
mō ꝓcedat intētio ſic ſcȝ ꝙ finis
pm⁹ ſeu ꝓpiqor ſit ſuſtētatōꝫ vite
hře ⁊ finis vltim⁹ ac pncipalis ſit
ipm dei ſuitiū facere tunc ordo ē
rectus et bon⁹. iuxta illud Aug.
Nos debē⁹ māducare vt euāgeli
zem⁹ nō āt euāgelizare vt mādu-
cem⁹. ita tradiꝛ in ɔpēdio theolo
gie de intētiōe circa finē quē tra-
ctatū aliq aſcribūt Jo. ď gerſona
Et vide infra in ſcđa ꝑte in pn.
doctrina q̄rta. vel accipe aliđ exē
plum Jo. de ger. in trac. de ɔſo.
theo. Si ꝓfiteꝛ aliqs vitā clau-
ſtralē intendēs illic ſufficiēter ſu-
ſtētari alioqn nō intratur⁹ nō eſt
ſymoniac⁹ dūmō intētio pncipal'
eſt ſuire dō ⁊ ſuſtētatio vite ē ad
illū finē et ſub illo. vbi aūt vnū ꝑ
pter aliđ iā nō duo ſȝ vnū eſt ſm
phm̄. hec ille. Nō diſſiliter pt di
ci. Si qs in ſtatu eccleſiaſtico in
tēdit ſuire deo. ⁊ ideo recipit or-
dines vt beneficiū eccleſiaſticum
ɔſeq poſſit vñ ſuſtentatōem vite
habeat. vt q̄etius dō ſuire poſſit
nō videꝛ eſſe ſymonia dūmō pn-
cipalis intentio eſt ſuire deo ⁊ be
neficiū eſt ad illū finē. Et ꝙ i his
vt pdictū eſt p̄ces nō inducāt ſy-
moniā. tenet hoſt. in c. ꝑ tuas. iij.
de ſymo. ſeqꝛ jo. an. in ꝟbō exorā
uit ſa. qđ no. jnnoc. ⁊ Car. in ca.
tuā de eta. ⁊ qli or. q̄ dicunt. ꝙ p̄-
ces nude nunq̄ȝ inducant aliquā
ſymoniā ſa. in ar. tex. in c. tua de
ſymo. leue eſt eīm verba ꝑdere Et
tm̄ ſit dictū de pcib⁹. nō inducen
tib⁹ ſymoniam.

## Septim⁹. §. qñ p̄ces inducant ſymoniam

ſ I vero pre
cibus adiūgiꝛ pactio vl' cō
uentio tpaliū dandoꝝ vel recipiē
doꝝ. aut ſaltē intentio rogātꝫ vel
ordinātꝫ ſit corrupta Tūc ſymoīa
ɔmittiꝛ. Jn pmo caſu ɔuētional'
in ſcđo mētal'. ſic etiā ɔſueuit di-
ci Jn mūere a manu. aut ab obſe
q̄o Nā ſi qs ex pacto pecuniā det
ꝑ ordib⁹. ſymoniā ɔmittit ɔuēti
onalē. Si ſine pacto intentōe tñ
corrupta. ſymoīa ē mētalis Sil'r
ſuiens plato hoc pacto vt ɔferat
ſibi bñficiū ɔmittit ſymoniā cō-
uētionalē. Si ſine pactōe ſuiat
intētōne tñ pncipal'r ɔſeq̄ndi bñ
ficiū videꝛ ſimonia ɔmitti mētal'
Jđ dicēdū erit in pcib⁹ vi. š vj. c.

## Octau⁹. §. quādo pactio interuenit cū precibus.

Quādo ergo
pactio inꝟuenit cū pcib⁹
ſymoīa cōmittiꝛ ɔuētionalis tex.
eſt in c. ꝑ tuas. ȝ. de ſymo. vbi or-
dinādus exorauit q̄ndā pſbiteꝝ
ꝙ eū ad titulū ſui bñficij pſenta
uit ꝓmiſſione interueniēte ꝙ eū
nunq̄ȝ ſuꝑ eo beneficio infeſtaret

aut quicqꝫ peteret. aliḋ exēplū in c. ex tue. e. ti. vbi ordinand⁹ i ſacerdotē dedit. vj. ſolidos archidiacono. qui aliter noluit eū preſentare et in. c. Si qs e. ti. vbi ordinandus. ordinatori promiſit. ꝙ eū ſuper prouiſione ſua nō inquietaret facit. c. tua. e. ti. vbi cū ꝑcibus etiā pactio interuenit ꝓ ſpūalib⁹. Et de hac cōuētionali ſymonia vꝛ̄ gracian⁹ adduxiſſe c. ordinatiōes. j. q. j. ꝑmittit em̄ in pre. §. ꝺ hȳs dicēs. de hȳs aūt q̄ ordinant ſymoniace a nō ſymoniacꝫ vtpote q̄ data pecunia Archidiacōno vel cōſiliarȳs epi vt ſacros ordines accipiāt. ita ſcribit grego. et ſubiūgit. c. ordinatiōes inq̄t grego. q̄ interueniente ꝑcio vel ꝑcibus vel obſequio ꝛc. falſas eſſe diiudicam⁹. Et ſic vꝛ̄ loqui nō de nudis ꝑcibus. Caueant ergo ꝑlati aut alȳ ne ad ꝑces alicuius pn̄tent ordinādū vel ad titulū vel ad mēſam. cū pacto ꝙ ordinatus poſtea renūciet aut ꝙ nihil petat. nā ſymoniā ꝯmittūt rogans et rogat⁹ ꝛ hodie excōicati ſūt nec ab alio q̄ꝫ a papa pn̄t abſolui ꝑter q̄ꝫ in mortis articulo ꝑut in extrauagn̄ Mar. v. Eugenȳ pȳ et aliorū pōtificū de quo dicet in tertia ꝑte de pena ſymoniacoꝝ. Itē caueant volentes ordinari ꝛ dū n̄ hn̄t bn̄ficiū rogāt aliquē amicū vt eos ꝑſentet. ad patrimoniū. cū ꝓmiſſiōe ꝙ ordinatiōe obtenta. illud rurſum reſtituāt qꝛ ꝯuentiōalis ſymonia ē vt in. c. ꝑ tuas ꝛ in. c. pe. de ſymo. alle. Caueant nō min⁹. q̄ hn̄t titulū ſine dote. ad quē pn̄tant ordinādū cū pacto. ꝙ ordinati rurſum reſignent. qꝛ cōuentionalis ſymonia eſt. Et dato ꝙ nō faciant pactū. ſi tn̄ ſciunt propter exilitatē beneficȳ. ꝙ nō aliter retinebit nec ad aliḋ q̄m vt promoueri pn̄t. nec aliter pn̄taſſent talis ſymonia ſaltē mētalis erit de quo in ſe. §. dicet. addo ꝙ ꝛ ſi nulla in hoc alia corrupta intentio de reſignando interueniat. tn̄ ꝑ ſubreptionē talis ordiabit qḋ etiā eſt ꝓhibitū ſa. glo. in. c. ꝑ tuas. iij. ꝺ ſymo. Audiuim⁹ etiā ꝓ ch dolor. ꝙ ordinatores. aliq̄ ordinādos q̄ extra quatuor tꝑa aliq̄n petūt ordinari. nō an̄ ordināt q̄ꝫ certā pecuniā ſe ſoluturos ꝓmittāt. hoc ſi fiat vterqꝫ excōicat⁹ eſt. ꝛ grauiſſimas penas incurrūt ꝯuentionalis em̄ ſymonia eſt. c. ex tue de ſymo. Idē vꝛ̄ ſi aliq̄d poſtea exigat. c. ſicut ꝓ certo maxie vbi taxatō preceſſit. c. dilectus filius e. ti. poſſet tn̄ ordinat⁹ forte excuſari ſi poſt ordinatōm vexationē indebitā redimeret de quo dicā. j. parte ſcḋa limitatiōe decima. fa. ad ꝑdicta. c. j. de ſymo. vbi cauet ꝙ epi ꝓ ordine ꝯferendo vel miniſtri vel notarȳ nihil exigere debēt Idē ꝓhibet. jq⁹ j. c. ſicut. vbi dꝛ ſicut eps non debet manū quā imponit vēdere ita miſter vel notarius nō dꝫ in ordinatiōe eius vocem vel calamū vendere.

Nonus. §. De notario incidenter an poſſit aliq̄d recipe.

Quantum
q attinet ad notariū qui
ſcribit formatā vbiqꝫ fi-
natur cōtrariū in quo caſu diſti-
guunt doc. aut notarius habet
ſalariū de publico et nihil debet
exigere aut non habet ſalariū de
publico et tunc aut ſuū officiū eſt
adeo neceſſarium in ordinatiōe
vt niſi ipſe ſcribat ordo nō dicat
recte collatus et tunc nihil poteſt
exigere dicit tn̄ panor. ſe nō vide
re quō officium ſcriptoris poſſit
eſſe tale vt neceſſario requiratur
ad ordinē et ideo ſimpliciter pōt
dici ꝙ ex quo nō habet ſalarium
ꝺ publico recte pōt ꝓ labore ſuo
pecuniā exigere. nec obſtat iſtud
c. qꝛ voluit ſm Inno. tollere con
ſuetudinē quorundā laycoꝝ in q̄
bus oēs officiales et miniſtri pe-
tebāt pecuniā. Jo. de ger. in trac.
incipit agamus nūc tenere videt
ꝙ in actibus qui ſunt ſymoniaci
ſolo poſitiuo iure cadat p̄ſcriptō
exēplificat vt in receptiōe mode-
rata ꝑ ſigillo aut littera ad ſuſtē
tationē miniſtrorū. ex hijs ſimul
iunctis ſatis credo cōſuetudinē.
in tam modico qꝺ cōſueuit dari
valere. fa. c. ad apoſtolicā de ſy-
mo. et que dicam infra in li. rōne
cōſuetudinis que eſt ſexta.

## Decimus. §. De mentali ſymo. ex precibus.

Quādo ve
q ro nulla pactio interue
nit ſed ſolū corrupta intentio pu
ta ordinand⁹ rogat aio obligan
di ſe vel exonerādi ordinatorē ab
aliquo debito aut importune p̄-
catur vel ordinator ꝯfert ordies
pricipaliter ſpe muneris cōſequē-
di. vl' ob fauorē laudis aut ad e-
uitādū ꝯtrariū vl' exōerādi ſe ab
aliquo debito ſine tn̄ pactōe vter
qꝫ cōmittit ſymoniā ſed mētalem
ad hoc tex. i. c. tua de ſymo. ꝛ ibi
Jo. an. tenet ꝙ nūqꝫ intētio ſola
īducit ſymoniā niſi mētalē. ꝛ cla-
rius in ordinibus ſentit in . c. ex
tue de ſymo. ſup glo. ſeqt panor.
in multis locis Tenet ray. in ſum
ma q̄ ſcit inquit vel credit ꝯferen
tem contuliſſe ordinē vel bn̄ficiū
pricipaliter ꝑpter obſequia vel p̄
ces carnales a ſe vel ab alio inter
poſitas ſi eſt dignus. debet peni-
tere nec tenet reſignare. c. fi. de ſy
mo. Sequit eū wil. vdal. ꝛ ſūma
aſten. Et panor. i. c. cū ad nr̄am
de elect. Si qs diceret nolo ordi
nari. niſi ꝓmittas mihi ꝯferre be
neficiū ſymonia ꝯuētionalis eſt
ſecus ſi ſine pactiōe ſpem hꝫ prin
cipaliter ꝺ hoc glo. ſed aliud. lxi.
di. ꝯcor. ſatis archi. flor. pte. 2. c.
j. §. iiij. c. v. vbi adducit etiā dire
ctoriū iuris. d. ꝙ preces qn̄qꝫ in-
ducūt ſymoniā nō tn̄ punit in iu
dicio eccl'ie vel cenſura eccleſiaſti-
ca. Idē ſentire vr̄. s. tho. 2. 2. q. c.
Et pōt optime ꝓbari. arguendo
de pcibus ad obſequia vel pecu-
niā. de quibus ſupra Et īnfra in
tertia pte de pena ſymoniacorū i
ordine. §. de mūere ligue Et mox
dicet de pcibus ad bn̄ficia.

## Undecimus. §. De precib⁹ ad ordines ꝓ alijs nō ꝓ ſe.

 13

E preci bus vero ab alio porrectis p ordinib⁹ di. doc. aut p̄ces ſūt ſpūales ⁊ nō inducūt ſymoniā. c. latorem. j. q. j. puta p̄ronus p̄ntat aut p̄ces ſunt carnales forte fiūt p̄cipalit̄ ꝑpt amiciciā fauorē aut ꝑentelā ⁊ ſic de alijs ⁊ ſi ꝑ digno fiūt ſi tūc ſupior nō h̄z p̄cipalit̄ reſpectū ad p̄ces ſed ad idoneitatē ꝑſone ꝑmouēde nō ↄmittit̄ ſymonia tex. cū glo. i. c. tuā de eta. ⁊ q̄li. or. glo. i. c. q̄buſdā. j. q. j. Si ꝟo fiunt ꝑ indigno ſciēter ↄmittit̄ ſymonia ſm coīter doc. Si ꝟo aliq̄s ꝑ digno p̄ces funderet ordinator aūt p̄cipaliter moueret̄ fauore p̄cū vel timore rogantis vel ex grā ſymoniā ille ↄmittit ⁊ forti⁹ ſi ꝑ indigno tenet. s. tho. in. 4. ⁊ addit q̄n p̄ces fiunt ꝑ indigno ſatis apparet ꝙ nihil aliud mouet q̄m fauor aut ꝑiculū ordinatoris ⁊ ip̄m factū ē ſymoniacū. antho. de bu. i. c. tuā d̄t. ꝙ ita ꝓſumat̄ ⁊ ſic ſolū ꝓſumptiue cenſet̄ ſymoniac⁹. qđ veri⁹ credo. vel vt inno. et car. i alle. c. tuā tenēt ꝙ etiā p̄ces ꝑ indigno nō iducāt ſymoniā ſi ſint nude nec aīo obligandi ſe fiant. de quo mox dicetur.

Duodecimus. §. De b̄nficijs ad p̄ces collatis. Si ꝑ ſe.

Onſequēter de b̄nficijs p̄cibus obtent̄. Et p̄io ſi q̄s rogat ꝑ ſe i q̄ ſūt q̄tuor op. Pria q̄rūdā antiq̄ꝝ ⁊ hug. q̄ volūt p̄ces a ſe porrectas ad obtinēdū b̄nficiū eccl'iaſticū iducāt ſymoniā rō q̄r tal' ſe igerit iō ⁊ ſi al's ſit dign⁹ ſymoniā ↄmittit. viij. q. i. in ſcripturis. de quo eſt glo. in. c. tuā de eta. ⁊ qua. or. opinio. j.

Secūda op. ē ray. ſi q̄s iq̄t porrigit p̄ces ꝑ ſe ꝑ b̄nficō curato aut dignitate ſym. ↄmittit ↄcor. hug. g of. s. tho. archi. etiā ſi al's ſit dign⁹ Nā eo ip̄o ꝙ ſe igerit ābicioſ⁹ eē vr̄ ⁊ ꝑ ↄn̄s idignus Et addit. s. tho. q̄r nemo p̄t exercere curā aiaꝝ extra grām faciēdo. n. ea q̄ ꝑtinēt ad curā aiaꝝ peccabit mortaliter. et apo. ad he. vi. null⁹ ſumit ſibi honorē ſz q̄ vocat̄ a d̄o tanq̄ꝫ aaron. viij. q. j. i ſcripturis ⁊. i. q. vi. ſic̄ et vr̄ ſm eū facere cōtra ius diuinū. Et multo magis ſimoniac⁹ ē ſi al's ſit idign⁹ ſi aūt porrigeret q̄s p̄ces ꝑ ſe ꝑ ſimplici b̄nficio idigeat ꝗꝫ nec indign⁹ eſt al's nō peccat ſm eos fa. c. ij. de p̄ bē. ⁊. c. ad aures d̄ reſcri. Ego cū venia tātoꝝ viroꝝ i mea ſimplicitate nō video rōm ſufficiēt̄ ↄcludētē iter curatū ⁊ ſimplex b̄nficiū qđ h̄z celebratōm miſſarū ānexā. Nemo ei p̄t tale b̄nficiū digne ꝓuidere extra grām exn̄s ſeu i pctō mortali ſꝫ ei peccat mortalit̄ ſm s. tho. i. 4. di. xxiiij. ↄcor. alber. ⁊ coīter doc. Et ſic vtrobiq̄ꝫ ē eadē rō Et dcm̄ apl'i ad hebre. v. nō ſolū itelligit̄ i b̄nficijs ſꝫ et̄ ordinibus q̄s vt ſic tenet̄ h̄re ad ſimplex ꝓmot⁹. vn̄ tex. i. c. ſic̄. i. q. vi. apcius loq̄t̄ in ordinib⁹ ſicut iquit is q̄ īuitat⁹ renuit ⁊c̄. vn̄ rōnes allegate nō multū vident̄ ſtringere. addo tex. in. c. Saluator. i. q. iij. opinio. 2.

qꝛ nō facit differentiam inter cu
ratū et ſimplex ſed indiſtincte dt
Quiſquis res eccl'iaſticas nō ad
hoc ad qd inſtitute ſunt ſed ad
ꝓpꝛia lucra munere lingue vel in
debiti obſequij vel pecunie largi
tur vel adipiſcit' ſymoniacꝰ eſt. et
per res eccleſiaſticas intellige ec-
cleſiaſticū bñficiū vt ē ibi glo. Et
vt inſipiēs loquar Neſcio qd ꝓ-
ſit eccl'ie dei. ꝙ viri digni ac do-
cti ꝓhibent' curā aīarū petere vel
ſaltē eos ambiguos facere an pe-
tant datur em̄ illis auctoꝛitas ꝙ
talētū ſibi creditū in ſudario re-
cludant vt dicāt ſufficit vt de ſe
quiſqȝ rōem reddat qd opus eſt a
lijs p̄dicare aut miſtrare. certioꝛē
viā volumus ambulare. qd bea.
Aug. impꝛobat. Minime tñ du
bito qn Sancti p̄res. vt ambiti
onē refrenarēt ſuis tpibus opti-
ma rōne p̄laturas et eccleſias pro
ſe petere ꝓhibuerint Erant tam̄
p̄ter eccleſias cathedrales pro-
chīe latiſſime vtputa nup ꝑ dyo-
niſiū papā diſtincte Et vt ex an-
nalibus apparet pauca vel nulla
alia beneficia eccl'iaſtica erāt ad
huc fundata Ac ſucceſſu tpis ex
vna pꝛochiali eccleſia aliqñ facte
ſunt decē In quibꝰ ꝓpter exilita
tē reddituū tanta ambitio nō p̄t
notari. Nec illud nouū eſt Nam
ſcimus ꝙ in pꝛimitiua eccl'ia cleri
ci vixerunt in cōi et ꝓpꝛium poſ-
ſidere nō poterāt ſȝ debebāt eis
oīa eſſe cōia qd. s. clemēs prece-
pit Toletanū cōciliū cōſtituit b.
Hiero. docuit. ⁊ reliqui p̄res de
quo. xij. q. j. per totū Et videmꝰ
ꝙ poſtea eccl'ia hoc mutauit Ita
ꝙ etiam Epiſcopi habere potue-
runt p̄rimonialia bona ⁊ ꝓpꝛia
ſimiliter et clerici de quo. xij. q. j.
c. epiſcopi cū ſe. et c. cā. q. iiij. qui-
cunqȝ cū ſe. fuerūt etiā diſtincta
beneficia perfectiōe caritatis ma
nēte vt hoc tradit magiſter gra-
tianꝰ. xij. q. j. §. his ita et dt glo.
i. c. dilectiſſimis e. cā ⁊. q. ſup ver
bo p̄cipimus ꝙ pꝛimitiua eccleſia
cōmunem vitam potuit p̄cipere ſi
cut continentiam ſed ſi hoc ho-
die pꝛeciperetur defoꝛmaret ſta-
tum vniuerſalis eccleſie.

Ex hijs et alijs foꝛſitan mo-
ti ſunt doctoꝛes quidam et terti- opio. 3.
am opinionem poſuerūt de quo-
rum numero eſt wil. durādi qui
dicit opinionem Ray. duram eſ
ſe et ꝙ multotiens contra fiat.
Et credit ꝙ beneficium habens
curam animarū annexam aut di
gnitatē poſſit aliquis petere pro
ſe ſi ſit dignus exemplo yſaie qui
dixit Ecce ego. mitte me Idē te-
net vlri. ⁊ Jo. in ſumma Idē glo.
in verbo pꝛecibus. j. q. j. c. oꝛdina
tiones Alij inquit dicunt ꝙ ali-
quis pro ſe ſi eſt dignus poteſt pe
tere talia beneficia. Nam petrus
dixit quid ergo fiat nobis qui ſe
cuti ſumus te ⁊ ita pro ſe pecijt te
net Jo. lan. et tan. Rodoñ ⁊ ba-
ptiſta in ſumma Et pro hac par-
te inducit panoꝛ. c. tua de ſymo.
vbi dicit hūiles p̄ces a digno fa-
cte ꝑ beneficio ſpūali cōſequēdo
nō inducūt ſymoniam nec aliqd

peccatū etiam nec ambitioīs Et dicit baptiſta. notādū ꝙ panor. nō diſtinguit an huiuſmodi preces fiāt ꝓ ſimplici an curato. ſed ſimpliciter et indiſtincte loqꝪ Tenet Idem antho. de but. in alle. c. tuam dicens. Si preces ꝓ digno fiant non inducunt ſymoniam q̄ tunc pſumūtur facte ad excitādū ad id qd̄ facere dꝫ ſupior

Opio. 4 Quartā opioꝫ ponit inno. in alle. c. tuā vbi pꝰ multa dicit melius credo ꝙ ſiue q̄s roget ꝓ ſe ſiue ꝓ alio ſiue electores ſiue quoſcunqꝫ ſiue ꝓdigno ſiue pro indigno ſiue ꝓ dignitate ſiue pro ſimplici beneficio pces nō inducant ſymoniā licet peccet iniuſtas preces fundendo niſi faceret intendens ſe obligare collatori ex precibus vel exonerare illum quē rogat ab aliquo ſeruitio q̄ idē putat remittere qd̄ dare in talibus etiā ſi remittatur ſolū obligatio naturalis. Et eſt rō eius quia ad hoc ꝙ cōmittatꝪ ſymonia oportet interuenire munus. j. q. j. ſūt nō nulli. ⁊ ex diffinitōe ſymonie. hec aūt pces nō ꝓ munere danꝪ quia tunc ſecus eſſet ſed pro cōſilio licet ſepe inhoneſto nō tn̄ ſp. Sequtur in hoc per omnia d. Car. in codē. c. tuā dicens pces quatinꝰ ſunt pces nunq̄ inducunt ſymoniam ſiue pro ſe ſiue ꝓ alio ſiue ꝓ digno ſiue ꝓ indigno ſiue ꝓ dignitate ⁊c interponanꝪ. rō q̄ tūc ſymonia inducitur cū ↄmutatur tꝑale pro ſpūali. j. q. j. ſunt nōnulli. ſed qui pcaꝪ nihil tribuit hinc illud ouidij ꝑdere verba leue eſt. Si eīm preces inducerent ſymoniam etiā ſi fierent pro digno eſſet ſimonia et tn̄ nō eſt. j. q. j. quibuſdam et inno. Nam cū datur pecunia vel remittiꝪ etiā ſi ꝓ digno fiāt ſymonia eſt. Et licet canones dicant platuras non dandas petētibus. viij. q. j. in ſcripturis ⁊. i. q. vi. ſicut. nō tn̄ inferunt ꝓpterea ſymoniā et inſtitutionē nō tenere. Eſt bene verū ꝙ tūc nō tenet inſtitutio cum quis ſe ingerit. ꝓpria auctoritate inſtituendo ſe vt. c. fi. de inſti. vel pſentando ſe vt de iure patro. ꝑ nr̄as vel ſe eligendo de elec. cū in iure hoc eſt ſumere ſibi honorē a ſe. Sed preces interponendo expectat honorē ab inſtituente ſupiore Et ꝓ hac parte eſt ſtilus curie. cū quotidie videamus prelaturas ⁊ bn̄ficia pcibus obtineri. facit ꝓ hac opi. illud Iſa. vi. Ecce ego. mitte me. q̄ verba introducit b. Gregor. et habenꝪ in. c. In ſcripturis viij. q. i. vbi. dicit glo. in ꝟbo purgatus Iſaias. n. ad huc immundus obtulit ſe et poſtea fuit purgatus. hoc glo. ducit in argumētū ꝙ ſi aliquis eligiꝪ qui ad huc eſt in mortali peccato. ꝙ ideo nō eſt vicioſa electio ſi ipſe velit corrigi ar. l. di. c. quid eſt. de hoc tn̄ per Inno. in. c. cū noſtris de conceſ. pben. et ꝑ panor. in. c. cū in cūctis d̄ elec. et i. c. dudū. 2. e. ti. An electio de criminoſo ſit nulla. hec

ſunt óp. in hác materia. pótiores ad quas alie poſſunt reduci. Et hanc vltimā opinionē Jn. ꝛ car. ſequitur fere mūdus an vero ſit tuta relinquo diſputantibus. tñ ſine ea vix eſt ſalus Quāuis aūt opiniones iſte nō ſolū ſint diuerſe ſed etiā in quibuſdā aduerſe reduci tamē poſſunt ad tres in quibus p̄dicti doc. cōueniunt aliqui in prima et ſcd̄a. aliqui in tertia Inno. ꝛ Car. in quarta.

opio. j. Prima eſt ꝙ preces ꝑ ſe ad obtinendū beneficiū curatū ſeu prelaturā inducant ſymoniā quantūcūqꝫ talis alias ſit dignus aut idoneus. hanc tenent ray. hug. got. hoſti. ſ. tho. et archi. ex rationibus p̄dictis.

opio. ꝛ. Secunda opio. ꝙ ſine labe ſymonie poſſit quis pro ſe p̄ces porrigere pro beneficio curato obtinendo vel etiam p̄latura dūmodo alias ſit dignus. in hac cōueniunt Guil. vlr. io. gloſator decreti laur. tan. rodoñ. et panor. videtur hoc velle in. c. tua de ſymo. et anth. in. c. tam de eta. ꝛ qua. Jdē tenet ſumma piſana. ſumma iohannis. roſella et videtur eā ſeruare curia.

opio. 3. Tertia opinio eſt Jnn. et car. quā hic adduco ꝑ quarta. Qꝛ ſiue q̄s roget pro ſe ſiue ꝑ alio ſiue electores ſiue quoſcūqꝫ alios ſiue pro digno ſiue ꝑ indigno ſiue ꝑ dignitate ſiue ꝑ ſimplici beneficio. preces nō inducunt ſymoniam licet peccet iniuſtas p̄ces fundendo. niſi faceret intendens ſe obligare ex precibus vel exonerare illū quē rogat ab aliquo ſeruitio ꝛc. ꝓut ſupra deductū eſt.

## Terciodecimus. §. De precibus pro ſe ad beneficia due cōcluſiones.

Ex his op. relinquit̄ queſtio dubia Juſteqꝫ poſſem digitū ori apponere Nihilominꝰ vt minꝰ ſapiens. viſis etiam aliorū bn̄dictis ſatis puto. tuto ſuſtineri poſſe. Qꝛ ſi quis rogat ꝑ ſe vt obtineat beneficiū curatū aut p̄laturā intendēs ſe obligare collatori ex precibus vel illi aliq̄d remittere aut ſi petit hoc beneficiū principaliter ꝓpter honores diuicias aut potētatū ꝙ talis erit ſymoniacꝰ. d ixi itēdēs ſe obligare ꝛc. Illa intentio. ꝙ aio obligādi ſe preces fūdit ē ſymoniaca intendit em̄ ꝑ tēpali cōſequi ſpūale ſm oēs. dixi. 2. aut ſi petit beneficiū pricipaliter ꝛc. q̄ hoc eſt tex. ad litterā i. c. Saluator. i. q. iij. Jbi dicit vrbanus papa Quiſquis res eccleſiaſticas nō ad hoc ad qd̄ ſūt inſtitute ſed ad ꝓpria lucra munere lingue vel indebiti obſequij vel pecūie largit̄ vel adipiſcitur ſymoniacus eſt et exponit glo. res eccleſiaſticas. i. beneficia Sunt em̄ beneficia inſtituta ad ſeruiendū deo pricipaliter nō ad honores diuicias aut potentiā querenda. vnde cenſent ꝑ

Cōcluſio. j. beneficiatis ad preces.

pria lucra que munere lingue ille intēdit obtinere Ita ītelligi poſſunt. c. ſi quis Ibi amore vel ſordidis precibus et. c. ordinatiões cū ſe. j. q. j. Et hec vera videntur etiā ſi rogās alias ſit dignus Et hoc mō prior opio pt ꝓbabiliter ſuſtineri. qn̄ principaliter ob hoc petit. ſecus ſi minus principaliter

Cōcluſio ſecūda de bn̄ficiat ad preces

Si quis vero intendit ſeruire deo in clero et nō eſt ſibi conſcius quin idoneus ſit. cū dei adiutorio ad curā aiarum regendā quātū humana fragilitas ſinit. petit ꝙ ſibi prouideri de beneficio ſm cōditionē ſuā vt deo ſeruire valeat ita contentus de ſimplici ſicut de curato dūmodo ſibi ſufficiat. talis etiā vt credo ꝓ curato rogans nō peccat. dixi intēdēs ſeruire deo in clero. forte ad hoc per dies ſuos ſtuduit. et ille eſt principalis et vltimus finis ſuus. petit eīm beneficiū pro ſua ſuſtentatiōe vt in clero deo ſeruire poſſit.

De duobus finib⁹ in materia intentis.

Hic ſunt duo fines ambo liciti vnus temporalis et primus. bn̄ficiū ad ſuſtētatōm Alter finis eſt vltimus vt ſic ſine ſolicitudine tpalis vite deo poſſit ſuire Ideo beneficiū q̄rit ad id ad qd̄ inſtitutum eſt vt voluit. c. Saluator alle. petit eīm principaliter vt ſibi et alijs quo ad ſalutem animarum proſit nō vt preſit. quod licitū eſt. c. qui epatum viij. q. j. hoc eſt qd̄ Joh. de gerſona voluit lib. 3. de cōſolatiōe theologie et in trac. de directiōe cordis. vt ſcilicet licite quis poſſit ſe trāſferre ad curam animarū aut prelaturā quatinus poſſit habere ſuſtentationē vite ſine ſolicitudine temporalis exercitij Ita tn̄ ꝙ illā libertatē vel illud ociū referat pricipaliter ad honorē dei et ei⁹ obſequiū ſuāq3 ꝛ alioꝝ ſpūalē ſalutē Et ſi opponat̄ ꝙ null⁹ pōt petere licite prelaturā ſeu querere hac rōne qꝛ ad oſſiciandū debite in hijs reqrit̄ ꝙ homo ſit in gratis ꝛc. de quo nō pōt cert⁹ eſſe videt̄ ergo preſumptuoſum ſe ingerere. hijs dictis reſpondet p̄dictus doctor di. ꝙ fallat hec rō q̄uis magnorum ſit doctorū qm̄ ex ſimili fieret argumentū ꝙ homo nō poſſet querere ꝙ celebraret miſſam vel eucariſtiam ſumeret. adde qd̄ ego ſuperi⁹ addidi Subiūgit ſufficit inqt certitudo moralis in p̄miſſis. q̄ certitudine pōt homo ſatis certus eſſe ꝙ eſt in grā aut ſufficiēter diſpoſit⁹ qꝛ n̄ ē ɔſcius ſibi qn̄ idone⁹ ſit cū dei adiutorio ad curā exequēdā quantū humana fragilitas ſinit concordat ſatis in hac cōcluſiōe Car. s. ſixti in. c. ordinationes. j. q. j. dicens poteſt quis preces fundere pro ſe ſi preſumit ſe dignum etiam ꝓ curato ſeu dignitate puta ſi quis intendit deo ſeruire in clero et appetit ſibi ꝓuideri ſm ɔditionem ſuā vt ſuſtētationem habeat nō hn̄s intētionē ad curā nec honores aut gradum principaliter Ita cōtent⁹ d̄ ſimplici ſic de curato dūmō ſibi ſufficiat vr̄ licitū hec ille Idē et3 archi. flor. i

ſumma parte.2.ti.3.c.v.licet diu fluctuet ſentire videt̃ Et hec via videt̃ rõnabilis et pia qꝛ noſtris tꝑibus quaſi nunq̃ dant̃ beneficia niſi precibus interuenientibus. q̃d curia ro. ſcit et tolerat et niſi licitũ eſſet papa talibꝰ conſentiẽs mortaliter peccaret. vnde dicit Johan. de ger. in alle. trac. de cõſo. theo. Non leuiter imputãdũ eſſe ſimoĩace ꝑuitati ſi aliq̃s idoneus ſeruire deo querat intendens ex conſequenti et ſecundario ſuſtentationẽ vite proprie ſufficientẽ habere quatinus abſq̃ mẽdicitate vel improporcionato ſibi labore ſeruiat in hoc ſtatu liberiore quiete deo. Et loq̃tur de curato bñficio q̃rendo Subiungit q̃d plus eſt. Si ꝓfitetur aliquis vitam clauſtralẽ intendens illic ſufficiẽter ſuſtentari alioquin nõ intraturus neq̃ tam̃ ſymoniacus eſt dũmodo intentio principalis eſt ſeruire deo et ſuſtentatio vite eſt ad illũ finem et ſub illo tanq̃ finis ſub fine de quo Ariſtoteles in finibus inq̃t ſubordinatis vbi vnus ꝓpter alterũ reputatur vtrobiq̃ vnũ. Et ex hoc patet quantũ valet intentionis vera directio vt ecce petrꝰ et iohannes eque digni ꝓ beneficio curato obtinendo petrus propter honorẽ aut diuicias vel vt ꝑcium ſui laboris vel vt voluptuoſius poſſit viuere Johannes vero querit in hoc ſuã honeſtam ſuſtẽtationẽ vt ſic poſſit deo liberiꝰ ſeruire ⁊ ita cõtentus eſſet de ſimplici beneficio ſicut de curato dũmodo ſibi ſufficiat. primus ſine dubio cõmittit ſymoniã. ſecundus vero per ꝑmiſſa nullũ peccatum. ꝓpter vtrumq̃ dictũ ſi bene ponderet̃ tex. in. c. Saluator. i. q. iij. Et ꝑ varia dicta Jo. de gerſ. in hac materia.

## Decimꝰ quartꝰ. §. De precibus pro alio ad bñficia.

Et tantũ de precibus pro ſe porrectis.

Si vero preces porrigunt̃ ꝓ alio diſtinguunt doc. aut em̃ ſunt preces Carnales. aut ſunt ſpirituales. ſi carnales tunc ſi ꝓ indigno fiant ſcienter ſymonia cõmittit̃ qꝛ tunc ipſum factũ eſt ſymoniacũ ſm̃ S. tho. 2.2. q. c. quia habentur preces loco precij vt no. angelus in ſũma et aliqui alij ar. c. ſunt nõnulli. i. q. i. offertur em̃ quaſi dignus ſit cũ in veritate indignus exiſtat. Et dicit an. de but. in. c. tuam de eta. et qua. ꝙ ꝑces pro indigno ꝑſumuntur animo obligandi ſe collatori porrecte vt ꝙ ſymonia committat̃ fere omnes tenent. dixi fere. preter inno. et Car. qui tenent ꝙ ꝑces etiã pro indigno nõ inducant ſymoniam de quo per eos in alle. c. tuã Qꝛ ſi ꝑces carnales fiant pro digno. puta qui precatur attendit pentelã ꝑncipal'r vel ſimile. Tũc ſi ſupior nõ habet reſpectũ ad ꝑces ſ3 ad meritũ promouẽdi non

cõmittitur ſymonia ꝓbaẗ in.c.tuam alle. ⁊ in.c. q̄buſdã.i.q.i. Et dicit.ſ.tho.in.4. Quando ꝓ digno fiunt preces quantũ ad indiciũ hoĩm ꝓbabile eſt ꝙ dans magis moueaẗ intuitu dignitatis ꝑſone ꝙ̄ fauore precũ iõ nõ reputatur ſymonia. Si tñ principaliter collator moueretur fauore p̄cum vel timore rogantis quantũ ad diuinum iudiciũ ſymoniã committit rogatus et rogans ſi hoc intendunt ſiue quis roget ꝓ ſe ſiue pro alio. preces vero ſpirituales nõ inducũt ſymoniã.i.q.i.latorẽ. nec etiam peccat ũ. inter quas ↄputat hoſt p̄ces patronorũ ad quos ſpectat pñtare de iuꝰ. patro.nobis. Et dicit anth.de but.in.c.tuã alle. Si preces interpoſite ſunt ab extraneo pro digno p̄ſumunẗ ſpũales. rõ ſm alexandrũ de glis qꝛ p̄ces ſunt ad manifeſtandũ ꝙ talem cõgruit beneficiari ad hoc enim eſt ſermo de p̄catiuus et ſubeſt debita cã Et dicit pe.de pa.ſi prelatus ad preces tales cõcedit beneficiũ alias nõ cõceſſurus qꝛ ſupponit ꝙ rogatur nõ niſi pro digno rogauerit ita ꝙ ſue p̄ces ſunt quaſi teſtimoniũ nõ eſt ſymonia. ſecꝰ ſi principalis intentio ad homines habetur tunc quo ad deũ ſymonia cõmittitur Et hec ſunt dicta de porrigentibus preces.

## Decimus quintus.§. Concluſio de precibus principaliter pro beneficio.

Ehis vero qui ad preces conferunt. eſt cõcluſio doctorũ. Si quis cõfert beneficiũ eccleſiaſticũ ſeu dignitatẽ vel aliqđ ſpũale ad preces principaliter hac intentiõe vt ex precibus conferẽti laus fama vel fauor aut obligatio adquiratur vel vt cõtrarium euiteẗ. ſymoniã committit Idem ſi quis p̄ces ꝓ indigno ſcienter exaudit vt voluit. ſan.tho. 2.2.q.c. ar.v. vbi dicit munus a ligua dꝛ vel ipſa laus vel fauor q̄ ſub precio cadit. aut vt cõtrariũ euitetur Si aliquis principaliter ad hoc intendit ſymoniã cõmittit videẗ autẽ ad hoc pricipaliter intendere q̇ preces pro indigno porrectas exaudit vnde ipm factũ tunc eſt ſymoniacũ. Et dicit anth.de buẗ.tunc preſumi ꝙ animo obligandi ſe collatori preces porrecte ſint. Et qđ dixi đ fauore laude fama ⁊c̃. Intellige ſiue ſit dignus ſiue indignꝰ ꝓ quõ preces fiunt. Idem ſi collatiõ fiat principaliter ꝓpter euitandũ aliquod ꝑiculũ vel malũ. puta rogat potẽs minaciter et dicuntur preces armate. ꝓbantur hec in.c. ſunt nõnulli et.c.ſi q̇s.i.q.j.⁊ eſt tex.in.c. Saluator in x̄. Quiſq̇s res eccleſiaſticas.i.q.iij. Quod aũt dixi ſi ſimpliciter ac principaliter ad hoc intẽdit ideo dꝛ. Nã minus principalis ſpes aut ſecundaria nõ operatur peccatũ vt de

hoc no. pānor. i. c. Tua de ſymo. Nā vix iſta pñt fieri ſine ſpe ſecū daria qđ tenendū menti dicit ꝑ illis qui quotidie Cardinalibus et alijs prelatis aliqua munuſcu la largiunt̄ rogantes pro aliquo beneficio cōſequendo Si enim nō ducuntur principali intentōe vt ſpiritualia adipiſcantur q̄q̄ ſecundario habeant ſpem. tales extra omnē noxam ſūt.

Decimus ſextus. §. De intercesſione ex pacto ꝑ bñficio.

Wid aūt ſi quis det pecuniā al teri ex pacto q̄ ꝑ p̄ces porrectas det opam q̄ habeat be neficiū. dicit Inn. idē eſſe ac ſi de diſſet collatori. j. q. v. pñtium ſe quūt doc. nec diſtinguūt q̄ fiāt preces pro digno aut carnaliter aut ſpiritualiter. Quod intel ligit Car. quādo ille ē talis qui ſuis p̄cibus pōt mouere collato rem. ſecus ſi collator nō mouet̄ ex illius inſtantia ſed ex informati one quā recipit de ſufficientia ꝓ mouendi q2 tūc pecunia data in terceſſori videt̄ dari ꝑ labore ſuo ⁊ nō ꝑ bñficio et ſic nō eſt ſymo nia. Et ita dicit ſe rñdiſſe in que ſtione facti de quodā q̄ miſit quē dā ad curiā ad ſolicitādū ꝑ qua dam ſua ꝓmotiōe cui aliq̄d cōſti tuit ꝓſalario. nō em̄ ē ſymonia q̄q̄ videat̄ obſtare extrauagans bonifacij. viij. Excōicamus de q̄ per aliquos de ſymo. cū eſſet Sz loquit̄ in alio cāu vt de eo qui fa cit vel recipit ꝓmiſſionē vel pecu niā pro gratia vel iuſticia ꝯſequē da a ſe. apoſto. j. q. j. p̄ſentiū. hec Car. in. c. tuā alle. quē nemo pō derat. ideo cogitandum puto.

Decimus ſeptimus. §. De nō indigentibus an p̄ ces poſſint porrigere ſi ne labe.

Oſtremo vbi in p̄miſſis dixi ſy moniā aut peccatū nō cōmitti verū eſſe credo potiſſimū vbi is pro quo p̄ces fiūt indiget. Sed ſi d̄ p̄rionio aut aliūde ha bet ſuſtentationē ſufficiētē in eo ſunt op. Ray. in ſūma dicit Si is q̄ rogat etiā ꝑ ſimplici bñficio nō indiget peccat alle. c. ad aures de reſcript. et. j. q. ij. clericos vbi Hiero. clericos inq̄t illos ꝯuenit eccleſie ſtipendijs ſuſtētari q̄bus parentū ⁊ ꝓpinquorū nulla ſuf fragant̄ bona qui aūt bonis pa rentū ⁊ opibꝰ ſuis ſuſtentari pōſ ſunt ſi qđ paupum eſt accipiunt. ſacrilegiū ꝯmittūt ⁊ ꝑ abuſiōꝫ ta liū iudiciū ſibi mād. ⁊ bibūt Jō ſētit proſp in. c. ſe. ſeq̄t̄ arch. flor. in ſūma. in ꝯtraria op. fuit guil. qui dicit opinionē hanc durā. et ad iura alle. rñdet q̄ loquunt̄ ſm ſtatū primitiue eccleſie Idē tenet vlr. Et ꝑ hac opi. dicit baptiſta i ſūma facit tolerātia ⁊ ſcia pape al's fere totꝰ mōs eſſet i ſtatu dā natiōis Idē tenet Car. s. ſixti in c. ordinatiōes. j. q. j. pōt inq̄t ali

q̃s p ſe p̄ces fūdere ſi ſe ſentit di-
gnū ꝓcurato aut dignitate etiā
ſi de pr̄imonio ſuo ſatis habeat
qꝛ nemo cogit̃ ſtipēdijs ſuis mili
tare. ſubiūgit ꝛ vr̄ nobis hec op.
rōnabilis et pia ꝛ ꝑ hac facit ge-
neralis ꝯſuetudo. facit qđ dicit
Jo. an. in alle. c. ad aures ꝙ in im
petratiōe bn̄ficioꝝ nō eſt opꝰ fa-
cere mētionē đ diuicijs facit etiā
qđ no. Inno. i. c. poſtulaſti de re
ſcriptis vbi đr ꝙ hn̄s pr̄i oniū no
ſuſcipit idigne bn̄ficiū dūmodo
bn̄ expēdat. idē ſentit hoſt. vn̄ ꝑ
ſolutiōe ꝯtrarioꝝ panoꝛ. in alle.
c. poſtulaſti ꝛ in diſputatiōe ſua
que incipit Titiꝰ cleric. ꝯcludit
ꝙ an̄q̄ꝫ clerici haberēt bn̄ficia ſe-
parata nō pōterāt viuere de red
ditibus eccleſie ex quo habebant
ſufficiēs pr̄imoniū. rō qꝛ illa bo-
na erāt deputata ſolū ꝑ indigen
tibꝰ clericis. primū in cōi vita de
inde paupibus ꝛ ſm hoc tpus ꝑ
cedūt iura prima. ſꝫ cū poſtea bn̄
ficia fuerūt dotata pricipalit̃ ꝑ
clericis de ꝯſe. di. j. Nemo. bona
eccleſiarū deputata ſūt ad vſum
miſtroꝝ. c. paſtoralis de hijs que
fi. a pla. nō militat p̄cedēs rō. nec
viuūt in cōi clerici pn̄tq̄ꝫ licite ha
bere ꝓpriū ac pr̄imonialia bona
ſimul cū bn̄ficijs hr̄e ꝛ pn̄t de bn̄
ficijs viuere ex quo ſeruiūt bn̄fi-
cio Nā qui altario ſuit debet vi
uere de altari ſm aplm. pn̄t etiā
pr̄imonialia bona cui volūt do-
nare aut relinquere de quo exp̄ſ-
ſa ſunt iura. xij. q. j. epi. c. manife
ſta. c. ſūt māifeſte ꝛ c. cā. q. iiij. ſa
cerdotis ꝛ. q. v. q̄cūq̄ꝫ. vn̄ pōderā
dūē qđ đr i. c. ſi. j. q. ij. vbi datur
clerico ſtipēdiū nō ꝓpt̃ indigētiā
ſꝫ ꝓpter ſeruiciū nō em̄ tenet̃ de
ſuo pr̄imonio militare. vn̄ ſm eū
hodie licite viuit clericꝰ ſcl̃aris.
de fructibꝰ bn̄ficij ꝛ ꝯſeruat pr̄i-
moniū ſuis herdibꝰ dūmō hone
ſte viuat. Et hijs rōibꝰ ceſſāt mo
tiua. ray. ꝛ ſequaciū. Et tn̄ bn̄ no
tādū ꝙ ray. nō đt ꝙ p̄ces ꝑ ſe poꝛ
rigētes ſymoniā ꝯmittāt ſi nō idi
gent. ſed dicit eos peccare. Ego
credo aliq̄s peccare aliq̄s minime
qꝛ diuites n̄ minꝰ pn̄t ſi volūt bn̄
ficio ſeruire q̄m paupes. ꝛ h̄ cla-
rū eſt đ hijs q̄ diuicias hn̄t ex pr̄i
monio Si ꝟo ex bn̄ficijs q̄s ſuf
ficiētes hꝫ redditꝰ. dubito ꝓpt̃
glo. ꝛ eiꝰ rōeꝫ in. c. dudū ꝛ đ elec.
q̄ đt ꝙ peccet mortalit̃ tenēs pl̃a
bn̄ficia etiā ſimplicia quoꝝ alte
rū ꝑ ſe ſufficit Et vtrū excuſet cō
ſuetudo aut pape diſpenſatio di
ſputatione dignū eſſe videtur.

Decimuſoctauꝰ. §. Ad
huc de mentali ſymonia ex p̄cibꝰ

# Concludo

q̄ ex p̄miſſis ꝙ p̄ces in
terpoſite ꝑ ſe vl̃ ꝑ alio ſi fiāt aīo
obligādi ſe ex p̄cibꝰ ꝓmotori vel
exonerādi illū ab aliq̄ ſuitio vel
debito etꝫ nāli tm̄. dato etiā ꝙ ſit
dignus. nihilominꝰ ſymoniā in
ducunt Sed tn̄ mētalem tantū
niſi pactio vel conuentio interue
niat. ſm Inn. fa. c. tua de ſymo.
Et refert Archi. floꝛ. in ſumma
pte. 2. ti. j. c. v. §. 4. gl. directoriū

Iuris cōcluſiue ꝙ preces quādo ꝗ inducunt ſymoniā nō tamē punitur in iudicio eccleſie vel cenſura eccleſiaſtica niſi fiat pactio vel aliqua cōuentio ꝓpter hoc not. antho. de but. in. c. tua alle. ꝙ. datio tp̄alis relatiue ad cauſandum datione iuris ſpūalis expreſſe cauſat ſymoniā mētalē d̄ q̄ de⁹ iudicat nō eccl'ia Et ibidē d̄t io. an. ꝙ in oibus ſola intentio non inducit ſymoniam niſi mētalem hec aūt ſola penitentia purgat. c. fi. de ſymo. Idē ſentire videtur rich. in. 4. in ſimili. puta Seruit quis prelato principaliter. cauſa obtinendi beneficiū eccleſiaſticū ſeu intētōe nullo tn̄ pacto ſeu cōuentione interueniente licȝ grauiter peccet et ſymoniam cōmittat mentalē nō tamen illā que obligat ad reſignandū beneficiū. ſequit Anthonin⁹ et ꝓbat in. c. fi. de ſymo. Item quis ad preces aliquē ꝓmouet pr̄cipaliter pro laude adquirenda vel fauorē famā vel gloriā expectat ab eo cuius p̄cibus ſatiſfacit et hoc principaliter. ſymoniā cōmittit Similiter ſi hoc faciat ad euitādū aliquod periculū vel malū aut ſi ꝓmouet. principaliter ſpe obtinendi aliq̄d tp̄ale. aut animo obligandi promouendū ad aliq̄d obſequiū vel ſeruiciū vel ad remittendū aliq̄d etiā ſi alias dignus ſit qui promouetur ſymoniā mentalē cōmittit nō aūt conuentionalē niſi pactio aut cōuentio interueniat ex rōne

et iuribus allegatis Et notatis per. d. cardi. poſt Inno. in alle. c. tuam de eta. ꝛ qua. or. p̄t inquit indiſtincte dici ꝙ nunq̄ȝ preces inducunt ſymoniā que faciat nō tenere ꝓmotionē et promotū tenere ad renunciandum ſed ſufficit ꝙ agat penitentiā. c. fi. de ſymo. hec ille Qui ibi ſubiūgit ſcȝ in. c. tuam ꝙ preces quatinus ſūt preces nunq̄ȝ inducunt ſymoniā ſiue pro ſe ſiue ꝓ alio vt ſupra dictum eſt. q̄d intelligendū eſt quādo ſunt nude preces. vnde ex hoc inferri poteſt ꝙ preces aliq̄n inducunt ſymoniā aliquando non Tunc inducunt ſymoniā q̄n animo obligandi fiunt. quovero ad ꝓmotorē q̄n principaliter fauore laude. grā aut timore. vel vtilitatis temporalis ſpe exaudiūtur Si vero quis precatur nō animo obligandi ſe. ſeu remittendi aliq̄d ſed niſi preces humiles fundit nec ꝓmotor pr̄cipaliter pro laude grā timore vel vtilitatis tēporalis ſpe mouetur nō eſt ſymonia etiā mentalis vbi aūt cōmittitur ſymonia. tūc ſolū eſt mentalis vt in primo caſu et ſola penitētia expiatur. adde ꝙ anth. de bu. in predicto. c. tuam cōcludit Si certū eſt ꝙ pro indigno fiunt preces. tunc preſumit ꝙ aīo obligandi ſe. et inducūt ſymoniam. hoc verū credo p̄ſumptiue. ſtat em̄ ꝙ rogans pro indigno nō intendat aliq̄d tēporale inſpici debere nec ipe finaliter ita mouet. puta ſpem

# Secunda pars de ſymonia

habet. q̄ inde ſequaṫ indignita-
tis emēdatio. facit q̄ nō eſt ſymo
nia ſm rich. Si eps promittit a
licui q̄ prouidebit ſibi de benefi-
cio cōpetenti ſi bonus fuerit ꝛ ho
neſtus. pōt etiā alicui ꝓmitti ſi-
ne labe ſymonie. q̄ recipi debeat
in mōaſterio ſi per bienniū ſtude
at ſm wil. q̄ndo intentio nō eſt
corrupta. alioq̄n ſimoniacus eſt
qui pricipaliter duct9 amore car-
nali indigno cōfert beneficiū de
quo p hain. boic. in. c. de ſymo.
Nobis. vbi etiā refert pōſt rich.
Si eps alicui q̄ eſt in aliquo tur
pi peccato ꝓmittit q̄ beneficia-
bit eius filiū ſi d̄ cetero nō cōmi
ſerit. illō tale pactū nō eſt illicitū
vn̄ clericus nō teneṫ reſignare be
neficiū taliter adq̄ſitū fa. qō re-
fert archi. in. c. Erga. j. q. j. nō cre
do q̄ talis promiſſio valeat ar. c.
deteſtande de cōceſ. preben. lib.
vi. ideo cogita.

Sequitur pars ſecun
da et ſubdiuiditur in tres
partes In prima ponūtur
quatuor doctrine In ſecū-
da ibi et quoniā. diſputat
an ſpiritualia ad inuicē cō-
mutari poſſint abſq̄ ſymo
niaca prauitate In tertia
ponuntur. xv. limitatōnes
circa ſymoniam. Incipit
nunc venio ad limitatiōes

Sequuntur. 4. doctrine

Ro euidentia dicendorum pmitto aliquas doctrinas pro intellectu notabiles

Primā dat magiſtter Jo. ger. doctor fideliſſimus in trac. d̄ di-
rectiōe cor. cōſideratiōe. xxxi. In
admiſtratiōe inquit ſpiritualiū
quorūcūq̄ directio cordis vtilis
eſt et valde neceſſaria ꝓpter duo
pricipaliter Primū ē deteſtatio
ꝛ ampliatio ſymonie facta per ali
quos doct. iuris canonici alterū
eſt vſus cōmuniſſimus qui ad op
poſitū eſſe vr̄ iuriū canonicorum de
ſymonia loquētiū ita vt niſi repe
riatur exitus aliquis per directi
onē cordis vix inueniṫ inter di-
ſpenſantes vel ſuſcipientes ſpiri-
tualia qui tutus et purus eſſe vi-
deatur qua de re reſoluendo ma
teriā inquit. poſſumus inuenire
diſtinctionē quadruplicē de in-
tuitu vel reſpectu cōmodi tpalis
p ſpirituali. pōt em̄ intuitus fer-
ri ad tpale cōmodū. primo tanq̄
ad preciū rei ſpūalis quaſi ſit ad
equacio valoris vnius rei ad alte
ram ſicut eſt in emptiōe et vendi
tione. pōt ſecundo ferri intuitus
ad cōmodū temporale tanq̄ ad
motiuū principale dandi ſpūalia
vel ad finem vltimū in quo ſiſtit
intuitus ſpūalia cōferentis. pōt
tertio ferri intuitus cōmodi tpa
lis tanq̄ ad motiuū minus prin-
cipale vel ad finē ſubordinatum
ſub vltimo fine. pōt quarto ferri
intuitus cōmodi tpalis tanq̄ ad
rem debitā iure diuino ꝓ ſuſten
tatione illius qui ſpūalia miſtrat
iuxta doctrinam xpi et apl'i. qm̄
dignus eſt oparius mercede ſua.
primus igitur et ſecundus intui-

Prima doctrina. ī materia ſymonie.

tus ſũt vere ſymoniaci de iure di
uino et humano et ſi cõcurrat er-
ror intellectus. ꝙ ſcꝫ talia poſſint
fieri ſicut in pmo dr. vel ꝙ licite fi
ant ſicut ponit in vtroqꝫ mõ tunc
incurrit hereſis ꝓprie ſi ſint per-
tinaces. Si vero ferat intuitus
tertio ⁊ quarto modis ille poteſt
eẽ licitus imo etiã laudabilis me
ritorius et debit⁹ hoc tñ attento
ꝙ obſeruet illud apl'i Ab oĩ ſpe-
cie mala abſtinete vos. hoc eſt ꝙ
admiſtratio ſpũaliũ facta ſub al-
tero tali intuitu nõ appareat fie-
ri ex modo ſuo. intuitu primo vel
ſecũdo vt ſi nõ pri⁹ exerceant ſpũ
alia niſi prius dentur tpalia. aut
ſi turpiter illa vel iſta exigant cũ
ſcandalo et auaricie nota in qui-
bus vtiqꝫ caſibus poſſent haberi
ſuſpecti de ſymoniaca prauitate
ſic agẽtes et hoc pſumptiõe iuris
vel facti et poſſent ipi tanq̃ꝫ tales
iudicialiter euocare hec ille. Ad-
ducit ꝓ hijs dictis elegans ṽbũ
d. petri car. cameracen̄. dicentis.
homines ſi dirigerẽt intentiõem
ſuã in ſpũaliũ datiõe et receptiõe
multi ſunt ſymoniaci q̃ nõ eſſent

De canonico q̃ viſitat horas ꝓ pecunia

Exempli grã vadit canonic⁹
ad eccleſiã vt lucret diſtributões
alias nõ iturus. aut celebrat cura
tus miſſam vel exeq̃as vt recipi-
at funeralia attendendũ eſt ſi pri
cipaliter ſiſtat hic. vel ille intenti
onẽ ſuã ad lucrũ tpale nõ reducẽ
do ad finẽ aliũ pricipaliorẽ et ſpi
ritualẽ Si ſic certũ eſt qr eſt pec-
catũ ſymonie Si ṽo referat ad
finẽ vlteriorẽ et ſuperiorẽ ⁊ bonũ
qr ſcꝫ iſta lucra tpalia vult recipe
re ꝓ ſuſtentatiõe ſua q̃tinus nũc
⁊ poſterius occupari poſſit circa
ſpũalia exercicia pricipaliter hec
eſt intentio cordis recta ⁊ bona.
caueat tñ vt in alio loco loquit.
turpis queſtus ⁊ ſcandaloſ⁹ et in
tentiõis oculus ↄſeruet incorru-
ptus vt nõ ibi ſtatuat pricipalis
finis in mercede tpali ſed ſubor
dinatus ad deũ vel nõ cõtra deũ

Doctrina. 2

Secũda doctrina eſt b. tho. i
2. 2. q. c. ar. 2. d. Sacramẽta no.
legis ſunt maxie ſpũalia inquan
tũ ſũt cã ſpũalis grẽ. q̃ precio eſti
mari nõ põt et ei⁹ rõni repugnat
ꝙ nõ gratuite dent diſpenſantur
aũt ſacramẽta ꝑ eccl'ie miſtros q̃s
oportet a ppl'o ſuſtẽtari. j. coꝝ. ix.
apl's Neſcitis qm̃ q̃ i ſacrario op
antur q̃ de ſacrario ſunt edũt et
qui altari deſeruiũt cũ altari pti
cipant Sic ergo dicẽdũ eſt ꝙ ac
cipere pecuniã ꝓ ſpũali grã ſacra
mentoꝝ eſt crimẽ ſymonie qd̉ nul
la ↄſuetudine põt excuſari qr cõ-
ſuetudo nõ p̄iudicat iuri natura
li vel diuino. ꝑ pecuniã aũt intel-
ligit quidq̇d pecunia extimari p̄t
accipere aũt aliq̇d ad ſuſtentatio
nẽ eoꝝ q̇ ſacramẽta xpi miſtrant.
ſm ordinationẽ eccl'ie ⁊ cõſuetu-
dines approbatas nõ ẽ ſymonia
neqꝫ peccatũ. nõ aũt ſumit tanq̃ꝫ
p̄ciũ ſpiritualiũ ſed tanq̃ꝫ ſtipen-
diũ neceſſitatis vñ ſuper illud. j.
thi. 2. Qui bñ p̄ſunt pſbiteri du
plici honore digni habeant dicit
Aug. accipiant ſuſtentationẽ ne
ceſſitatis a ppl'o mercedẽ diſpẽſa

doctri-na.3. tionis a dño. hec ille. Ter-tia doctrina in qua concordant oms. Qz ſpũalia gratis debent impendi. vnde ſaluator gratis ac cepiſtis gratis date luc. et Mat. x. Qui ergo confert vel recipit ꝓ ope ſpũali pecuniã quaſi preciũ ſpiritualiũ ſine dubio hoc eſt ſy-moniacũ Ita em̃ Simon mag⁹ volebat emere a beato petro gra tiam ſpiritus. ſ. Cui petr⁹ vt hr̃ actu. 8. c. rñdit pecunia tua tecũ ſit in ꝑditionẽ qꝛ exiſtimaſti do-nũ dei pecunia poſſideri de quo in. c. Saluator. j. q. iij. vbi glo. Symon emere voluit gratiã vt ⁊ ipſe eã poſtea venderet. Ecõtra clarũ eſt apud omnes. ꝙ miſtrãs ſpũalia ſuſtentari dꝫ ab hijs qui bus ea miſtrat Ideo ſi qs ꝓ ope ſpũali dat vel recipit aliqd nõ vt pciũ ſpũaliũ. ſed tanq̃ rem de-bitã de iure diuino ꝓ ſuſtẽtatõe miſtri licitũ ẽ iuxta doctrinã xp̃i qui vbi dixit grati accepiſtis gra tis date paulopoſt ſubiunxit di-gnus eſt operarius mercede ſua. et apl's ait cõicet aũt is qui catheci zatur ei qui ſe cathecizat. nec eſt magnũ ſi ab eis recipiunt tpalia quibus ſeminant ſpũalia facit. xiij. q. i. §. hijs ita. Et dicit bea. Hiero. apoſtolicis viris et euan-gelizatoribus xp̃i in neceſſarijs v ſibus nõ ſubuenire ſe ipſum dam nare eſt. xvi. q. i. apoſtolicis. Et quis proprijs ſtipendijs militat. quis plantat vineam et ex fructi-bus eius nõ edit. quis paſcit gre gem et de lacte ipſius non cõme-dit et ſic de alijs Sed diceret a liquis. quomodo verũ eſt ꝙ gra-tis impendatur pro quo ſtipendi um exigitur ꝓpter ꝙ hec duo poſ ſunt ſimul ſtare. ꝙ aliquis impen dat ſpiritualia pro tẽporalibus etiam alias non impenſurus. ⁊ ta men gratis impendere veraciter cenſeatur. qd̃ exemplis patet. de-tur iudex qui ſalariatus eſt d̃ pu blico hic adminiſtrat iuſticiam ſubiectis omnio gratis nihil em̃ a quoq̃ recipit. et tamen niſi ſti-pendium haberet de publico. nõ iudicaret Idẽ facit curatus qui parrochianis ſuis omnino gra-tis celebrat et ſacramenta admi-niſtrat quãdo ſcilicet nihil a quo q̃ recipit. ſed cõtentus eſt in red ditibus bñficij ſui. qd̃ ſi non ha beret. ſacramenta ꝓ tunc mini-me adminiſtraret. fundetur pre-dicature officium et redditibus ſufficienter dotetur. ad qd̃ offici um receptus vir doctus et ſan-ctus. verbum dei predicat nihil recipiens ab auditoribus. an nõ veraciter auditoribus gratis pre dicat certe ſic. licet ex officio ſti-pendium accipiat. ⁊ ſic de alijs vi dere licet.

☞ Quartam doctrinam ponit auctor. Compẽdij theolo gie ca. de intentione et fine acti-onis Septima iquit regula Qz actio corporalis poteſt etiam me ritorie ad aliquem finem tem-poralem referri dummodo finis ille temporalis in deum finaliter referat. Actio vero ſpiritualis doctri-na quar ta.

vt p̄dicatio orō ⁊ huiuſmodi nullo modo pōt meritorie ad finem tpalem referri etiā ſi illud tpale finaliter in deū referat. et hoc in effectu eſt qd̄ dicit Aug. debem⁹ manducare vt euāgelizemus nō aūt euangelizare vt manducem⁹ hec ille. cōcordare videtur antiſtodoreñ. dicens ꝙ nullus p̄dicare debet hoc eſt p̄dicationē ſuā ordinare tāq̃ mediū ad habēdum vite ſuſtētatiōm. rō eorū ꝙ ordo talis puerſus ē. qꝛ dignius ad indigni⁹ ordinatur. Cōtra hec dicta tenere videt Joh. de gerſona in trac. de vita ſpūali lec. 4. circa finē exiſtimo inquit neminē dubitare quin poſſit deus diligi a me et exorari vt mihi det vite ſuſtentationē ad liberius eidem ſeruiendū. act⁹ aūt ſpiritualis qualis eſt. q̄m dei dilectio vel ad eundem orō. fas h͡z inſup aliq̄s exercere ſe vel in vna religiōe vel cura vel alio ſpūali ope vt inde ſuſtētetur ad vite neceſſaria nō quidem ſiſtendo in hoc ſed vlterius referendo in deū vt habitis talibus vite neceſſarijs ipſe deinceps liberiori mente valeat deo militare hec ille. adde ꝙ indulgētie dātur cōtribuentibus. ad aliqd̄ hoſpitale. Ibi ſpirituale hoc eſt indulgētie dantur ad cōſequendū tpale qꝛ tamē tpale hoc ſimpl'r nō intenditur ſed ſpūalis vtilitas inde cōſequens Ideo nō dant pro tpalibus niſi inquantū ordinantur ad ſpūalia. vñ ſubiungit prioribus gerſon ꝙ horū doctorum dicta ita accipienda ſunt vbi ſc͡z ad tēporale figeret intentio principalis. nec ad dei honorē vlteri⁹ referret. dum aūt temporale ꝯmodum non eſt finis principalis ſed eſt vel motiuū quoddā vel finis minus principalis in alterū finē rurſus ordinatus nullū videt de ſymoniaca prauitate periculū imminere Ex q̄bus clare patet quātum valeat recte intentionis directio ſm pe'car. camaraceñ. de ſymonia ſcribentē. de quo ſupra latius Adde ſingulare dictum panor. in. c. et ſi xp̄s de iureiur. ſuper glo. in verbo mala ſunt. que vult ꝙ quedam ſunt ſymoniaca ipſo iure vt vendere ſacramenta. ſeu ſpūalia Quedā per cōſtitutionem eccleſie vt dare aliq̄d ꝓ benedictione nubētiū vel ꝓ baptiſmo. ⁊ ſic ꝓ ſacramento Jo. an. reprobat iſta duo exempla qꝛ certū eſt ꝙ baptiſm⁹ eſt ſacramentū et benedictio nubentiū eſt ſacre rei ſignū et ſic per illa confert et auget grā ſpiritus ſancti ergo tunc ꝓhibitum eſt aliquid dare qꝛ ſymoniacū. ſubiungit panor. Sed forte iudicio meo ſaluando glo. poſſet dici. ꝙ vendere ipſa ſpūalia eſt ſimoniacum in ſe Nam ſymon magus a quo dicta eſt ſymonia voluit emere gratiam ſpiritus ſancti vt no. j. q. j. in ſūma ſm archi. Sed aliquid pro ipſis dare vel accipere nō tamē animo vendendi vel emendi ſed remunerandi prelatū nō eſt in ſe ſymoniacū ſed dicitur ſymoniacū qꝛ iu‑

Singulare dictum.

re prohibitum fa. tex. cũ glo. in. c. emẽdari. i. q. i. Et dicit circa hoc cogitandum quia eſſet valde notabilis limitatio ad materiã ſymonie ſm eũ ꝑ quo iudicio meo bene facit aliud dictum ſuum in c. Tua de ſymo. vbi ex tex. notat ꝙ humiles p̃ces pro ſe non inducunt ſymoniam etiam ſi p̃cedat donatio rei temporalis ex liberalitate qd̃ facere dicit pro car. et alijs prelatis quibus aliqua munuſcula cõferunt rogantes pro beneficio conſequendo. ſi em̃ non ducuntur principali intentiõe vt ſpiritualia adipiſcantur quanq̃ȝ ſecundario habeant talem ſpem extra omnem noxã iudicant̃ Nam vix iſta poſſunt fieri ſine ſpe ſecũdaria ſm hoſt. ꝛ In. fa. c. q̃d prodcrit. lxi. di. ꝛ. i. q. i. ſunt nõnulli cõfirmat̃ hoc in prima doctrina ſupra poſita videmus em̃ ꝙ ſi exigatur ab excõicato pecunia qui abſoluitur tanq̃ȝ precium ſymonia eſt Si tanq̃ȝ pena culpe precedentis tunc ſecus ſm Tho. hoc idem probatur in multis caſibus in quibus excuſat a ſymonia intẽtio recta ar. c. et ſi queſtiones cum multis alijs de quibus infra dicetur.

de ſpũalib⁹ ad ſpũalia ãn committat̃ ſymõia

Sequitur nunc ſecunda pars ſecunde partis principalis de ſymonia. et remouet dubium.

Et quoniam ſymonia nunc ſolum cõmittitur quando temporale pro ſpirituali conmutatur. Spiritualia igit̃ adinuicem ſm hoſt. cõ mutari poſſunt vel cõcurrere abſq̃ȝ ſymonia. puta Si obſequiũ ſpũale impoſitũ eſt beneficio tunc ſm guil. ex pacto poteſt cõferri bñficiũ ita ꝙ ille ꝓmittat tale obſequiũ vtputa celebrando talem vel talem miſſam ꝓbat̃ de preben in. c. ſignificatũ Similiter ſm hoſt. ſi alicui bñficio impoſitũ eſt onus qd̃ qui hab; tenetur docere pueros p̃t fieri pactio vel exactio ꝓmiſſionis cum ei cõfertur de tali obſequio exhibendo abſq̃ȝ ſymonia. ſed et alicui prebende dum vacat poſſet hoc on⁹ de nouo imponi. alle. c. ſignificatum de p̃ben. et. c. pe. de mag. vt doceat Recipere aũt aliquẽ in canonicũ hoc pacto ſymonia eſt ſm hoſt. vt refert Anthoninus. imo hoſti. vult ꝙ licite poſſit interuenire hec pactio q: ſcientia eſt q̃d ſpũale et dare beneficiũ eſt etiam ſpũale. et ſic ſpũale cõmutat̃ cũ ſpũali. vt no. in alle. c. pe. de ma. fa. c. ad qõnes de re. ꝑmu. Et cũ eo tranſit ſũma aſtex. Idem angelus in ſumma ego puto in hoc cogitandum eſſe Item ſm guil. cũ duo ſacerdotes debent celebrare miſſam vnus maiorem ali⁹ minorem ſi ex cã condicũt ad inuicem ꝙ vnus dicat miſſam que alterum tangit et econuerſo licitũ eſt maxime ex cauſa Et cum dicitur iſte impendit obſequiũ ſpiri

E

tuale ꝑ ſpirituali (pro) non no-
tat cām finalem aut appreciatio-
nem ſed adminiculationē cū iſte
nō poſſit dicere loco alterius niſi
ipſe dicat loco eius. Nullū etiam
preciū nec temporalis merces in
teruenit. Dicit etiā Rich. in. 4.
ꝙ licitum non eſſet ꝙ duo adulti
baptizandi hanc pactionē inter
ſe facerēt ego baptizo te eo pacto
ꝙ tu baptizes me quia in talibus
omnis pactio omnis ꝯuentio ceſ
ſare debet. de ſymo. tua dare em̄
aliquid ex pacto pro ſacramento
ꝗ̄uis ſpirituale eſt illicitum et ſi
nō omni co mō quo et dare tem-
porale tn̄ quia res a non domino
emitur et eſt cōtra ratiōnē gratie
poſſet tamen ſm angelū vnus di
cere hodie ego baptizo te ⁊ rogo
vt cras baptizes me et ſic ſine pa-
ctione. dicere autē orabo pro vo-
bis ⁊ rogo vos vt etiam oretis ꝑ
me in nullo eſt reprehenſibile ſm
omnes. cogita de dicto Rich. qꝛ
ſpiritualia etiā pacto interuenien
te videntur licite poſſe adinuicē
cōmutari. vnde hoſt. in. c. ad que
ſtiones de re. permut. Spiritua
lia inquit adinuicē ꝑmutari pn̄t
quo ad proprietatē etiā ex pactio
ne partium Nā vbi permutatur
ſpirituale cum ſpirituali dicitꝛ cō
tractus gratuitus nec auctoritas
ſuperioris neceſſaria eſt ad purgā
uatur. Et videtur ꝙ talis conſti
tutio nō excuſet a ſymonia. q̇ eni
debitū remittit. dare intelligit̄
tex. in ca. veniens de teſti. Sed
fructus p̄bende ſunt illi debiti
igit̄ ꝛc. Sed ↄ̄rium eſt verū qḋ
hodie approbatur in extrauagā
ti Jo. xxj. Suſcepti regiminis.
Ad c. veniens ꝛ ſimilia Rn̄de
tur ꝙ loquūtur qn̄ pacto parciū
remiſſio fieret. vnḋ glo. in dicta
cōſtitutōe Suſcepti. in verbo d̄
functo dicit ꝙ ex ſtatuto fruct⁹
deberi poſſunt defūcto. i. ꝓ aīa
defuncti exponendi. aliter enim
defuncto applicari non poſſent.
ibi etiā expꝛſſum eſt in tex. ꝙ fru-
ctus ex ſtatuto vel ꝓuilegio debe
ri poſſūt fabrice. aut eccleſijs im
mo ꝑſonis poſſent deberi nō ſo-
lum eccleſiaſticis ſed etiā laico vt
patrono. cui in fundatōne bene-
ficij reſeruatum hoc eſſet ꝑ epm.
Jta videm⁹ ſeruari in q̇buſdam
locis germanie ꝙ patron⁹ benefi
ciato ſuccedit qḋ poſſet fieri ex
reſeruatōe p̄dicta ar. c. p̄terea de
iure patro. iuncto ca. generali de
elec. li. vj. Et glo. in alle. extraua
ganti. vbi gen⁹ ꝙ in fundatōne
beneficij patrono fruct⁹ ꝓmi āni
poſſunt ꝑ epm reſuari ſa. c. Si
ꝓpter d̄ reſcp. li. vj. Jntellige tn̄
ꝙ fabrica eccleſia aut ꝑſone qui-
bus fructus certoꝝ annoꝝ debē
tur. non poſſunt recipe omnes ꝓ
uentus. ſꝫ ſm moderatōeꝫ dicte
extrauagañ. vt relinquat̄ ps bene
ficiato. ne interim eccleſia debitꝫ

officijs priueturq᷑ ſub grauiſſimis penis ⁊ cen. eccleſiaſticis ſeruari ibidē mādatur quas incurrunt ipſo facto contrafacientes nulla ↄſuetudine obſtante.

## Septimū exemplū Statutū ꝙ nouiter beneficiatꝰ nihil recipiat de p̄ſencijs aliquot annis.

ſ Ed quid dicemꝰ d̓ ↄſtitutōibꝰ quarūdā eccleſiaꝝ etiā ꝑ ep̄m cōfirmatꝫ quibꝰ cauet̄ ꝙ nouiter bn̄ficiatꝰ nihil recipe̱ pōt de p̄ſentijs aliq̄t annis quā ↄſtitutōem receptꝰ iurare tenet̄. In hoc videt̄ mihi diſtinguēdū ⁊ credo Si portio illi ſubtracta accreſcit alijs ꝙ tūc cōſtitutio nō valeat. nutriret em̄ ꝓuatū cōmodū ⁊ eſſet ſymoniacū ꝑ no. Joh. an. pꝰ hoſt. in c. Cum M de ↄſti. iuncto c. Jacobꝰ de ſymo. Si ꝟo portio q̄ eum ↄ̄tingere poſſet veniret ex ſtatuto conuertenda ad opus fabrice vel eccleſie puto ſtatutū eſſe licitum. ex no. in p̄ce. ↄſtitutōe. Sin ꝟo tal' portio ex ſtatuto ↄuerti deberet in augmentū p̄ntiaꝝ ſatis dubito cū tale augmentū ſaltē ſpe venire poſſit ad cōmodū reꝝ ꝓuatū ⁊ ſic videt̄ eſſe illicitū ar. c. tua de ſymo. Niſi velimꝰ dicere ꝙ finis ſtatuti ꝓncipalis eſt augere cultū diuinū ar. no. in alle. c. tua. p̄miſſa puto vera dūmō illi de nouo recepti nihilominꝰ viſitant vigilias defunctoꝝ. ⁊ ſic ſolum vertit̄ p̄iudicium coꝝ. Alias non video quō in p̄iudiciū coꝝ qui impetrauerunt āniuerſaria fieri. valere poſſit ſtatutū etiā ꝑ ep̄m ↄfirmatū. ſine coꝝ qui āniuerſaria ↄſtituerūt ↄſenſu. Ea em̄ q̄ ad certū vſum largitōe deſtinata ſunt. fideliū ad illū debēt nō aliū ſalua auctoritate ap. ↄuerti. cle. q꞉ cōtingit Et d̓t Jo. cal. poſt hoſt. ꝙ ep̄s nō poſſit ↄtra inſtitutōꝫ bn̄ficij diſpenſare vel ip̄am imutare ſine ↄſenſu p̄roni ꝑut recitat pa. in c. Cū acceſſiſſent de ↄſti. ⁊ facit tex. in extrauagañ Suſcepti Non em̄ eccleſia debet debitis officijs deſtitui Niſi forte redditus ꝓ āniuerſarijs dati. ex pꝰ facto eſſent diminuti. q꞉ tūc forte tale ſtatutū poſſet tolerari ar. c. ex ꝑte de ↄſti. Et q꞉ neminē habeo quem in hac q̄ſtiōe ſequi poſſim. vellem in decidendo alios audire

## Octauū exemplū Statutum de iuramēto receptorum.

i Tē ratōne ſtatuti aut ↄſuetudis licite p̄t a receptꝫ de nouo. iuramētū de ſuandis ſtatutis exigi contra hoc facit tex. viij. q. in c. glo. in ſū. q꞉ iuramētū nō debet exigi in iſtis ſp̄ualibꝰ ⁊ exactio ſymoniā inducit. do. degemi. in c. de iur. iur. li. vj. format hoc ↄtrariū ⁊ ſoluit diſ. aut iuramētū. exigit̄ ante electōꝫ ab illo qui debēt eli

gi ſymoniacũ eſt. et ita ꝓcedunt ꝯtraria ⁊ ita debet etiã intelligi quoddã ꝯſiliũ romanũ qđ incipit cũ in cunctis vbi etiã ꝓhibet̃ ne clerici iurarẽt ꝯſuetudines eccleſie aut iuramentũ exigit̃ p⁹ electõem deſuãdis ſtatutis ⁊ ꝯſuetudinib⁹ eccleſie licitis ⁊ honeſtꝫ ⁊ tũc ſymoniacũ nõ eſt. Hec ille. In h̃ ꝯcor. oẽs doc. ꝙ poſt electionẽ vel ordinatõꝫ factã põt exigi et fieri cautio ⁊ ꝓmiſſio ab electo vel ordinato ꝑ ſupiorẽ. ⁊ ꝑ c. ſiue ꝑ electores abſqꝫ vicio ſymonie. niſi ꝓcederet illa ꝓmiſſio ex pactione facta añ electõꝫ dicto c. Artaldus ſm Hoſt. ⁊ Ul. vt refert arch. flor. facit c. ſcatũ de p̄ben. Et nõ ſolũ capitulũ ⁊ p̄latus põt h̃ exq̇rere ſed etiã rex dũmõ h̃ nõ fiat ex p̄cedẽti pactiõe Subiungit etiã archi. flor. in ſũ. 2. pte ti. j. c. v. §. xij. Tã capitulũ qꝫ ſupi‑or p̄t p⁹ electõꝫ ex cã inuenire nouas cautões ⁊ ꝓmiſſiões dũmõ ſint iuſte ⁊ vtiles ⁊ eos exigere añ ꝯſecratõꝫ. vel etiã vacante beneficio poſſunt aliq̇d ſtatuere ⁊ electus tenet̃ illud ſuare alle. c. ſignificatũ. de quo ꝑ hein. boic. in c. ſignificaſti de electõe. de iuramentis hmõi. vi. c. j. de jureiur. li. vj. bonũ tex.

Nonũ exemplũ. Statutum de fraternitate.

I Tem Statutum ratõne fraternitatis in quo quilibet volens recipi. ꝓmittit vel iurat tantũ ãnuatim dare ſm doc. non iudicatur illicitum. ꝙ hmõi ꝯfraternitates non poſſunt dici vere religiones ſed quedã ꝯgregatões ad bene faciendũ ideo nõ habet hic locũ ſymonia quin potius ſi datio tẽporalium ab eis imponitur ꝓ elemoſinis faciẽdis et pro alendis paupibus redimendis captiuis et hmõi laudabile eſt. xlij. diſ. ſi quis deſpicit. et ar. xxiiij. q. ij. ſane. Et ſimiliter ſi oportet ꝙ ſemel in anno vel menſe cõueniant ad tractandũ de ſalute aiaꝝ et de agendis. et ꝓpter hoc fiant expẽſe. iuſtũ eſt ꝙ imponant inter ſe aliquã quantitatẽ. dicunt tamẽ aliqui ſi ſtatutum fiat ſub forma negatiua. nõ licet quia excludit pietatem. ſed ſub forma affirmatiua fieri debet. Sed nõ placet ꝙ fiat iuramentũ ꝓpter periculum ꝑiurij. In hijs fraternitatibus nõnunqꝫ ſunt etiã ſacerdotes cõſiderantes ſe. vt qui prior moritur teneatur ſupſtes. ad triginta miſſas vel viginti. Et aliqui conſiderant ſe certis tꝑibus in vita pro ſoluendis miſſis dum viuũt ꝓ inuicem. In hijs omnibus quando datur ſpirituale ꝓ ſpũali ex mutua caritate non eſt ſymonia. ſed magis facit ad confortatiõꝫ ſpei. Et ſm aug. q̇dq̇d diſpoĩt hõ ĩ vita accipit p⁹ mortẽ ꝗ ſe dignũ fecit ĩ vita. ⁊ infidel̃

eſſet qui non ſeruaret fideliter ꝓmiſſa.vi. tamen Jo.an.in c.dilectus.ij.vbi reprobat ꝑdictū ſtatutum ſequitur alexan.xlij.diſt.c.ij.qꝫ nō eſt ſile ibi vides Et ſupra.4.li.§.Quia vero

## Decimū exemplū de ſtatuto ſup ꝓceſſione.

**Te Biſta**tutum habet quicunqꝫ reliquerit.x.cōuentui vel collegio.honorē ꝯſequatur ꝓceſſionis.nec ſtatuentes aliter tenebant ad hoc non eſt ſymonia.dum tamē intendant tempale recipe rōne laboris tantū ſm ray.Et exponit wil.rōe laboris quē ſuſtinent in eundo et redeundo in exequias.ꝓ quo labore eo ꝙ nō oīno ꝯiunctus eſt officio exequiaꝝ.ſed ſepatus ið potest dari ⁊ accipi pecunia.ſine ꝑiculo ſymonie ſm quoſdā.ſicut nō eſt ſymonia.ſi clericus vadit ad eccleſiam ꝓ habendis denarijs horarum vel anniuerſarioꝝ quia tale ire non eſt ſpūale vt dicunt.dum tamē nō faciāt ꝓ illis dictū officium qꝫ hoc eſſet ſymoniacū Certe non bene intelligo quō labor eundi in ꝓceſſione obſequiarū.aut ad horas poſſit ſepari a ſpūalibus obſequiaꝝ atqꝫ horarum Sed ſi hoc veꝝ eſſet.ſequi videtur ꝙ ſi quis ꝑncipaliter ꝓ denarijs iret.ꝙ ſymoniā non ꝯmitteret contra cōmunē op.doc.ſatis eñ eſſet ꝙ ꝓ denarijs nō facerēt officium.vñ beat⁹ Tho.2.2.q.c.non videt ſe fundare circa hanc q̄ſtionē in labore eundi vel redeundi vbi dicit.Similiter aliq̄ tpalia dantur deū laudantibus ꝓ viuis et mortuis nō quaſi precium ſed quaſi ſuſtentatōis ſtipēdium et eo etiā modo ꝓ ꝓceſſionibus faciendis in aliquo funere alique elemoſine recipiūt.Si aūt hmōi pacto interueniēte fiant aut etiā cum intentiōe emptionis vel venditōis ſymonia eſſet Uñ illicita eſſet ordinatio ſi ſtatueretur ꝙ non fieret ꝓceſſio in funere alicui⁹ niſi ſolueret certā pecuniā qꝫ vt ſic ꝑcluderet via.officium pietatis impēdendi magis aūt licita eſſet ordinatio ſm eum ſi ſtatueret ꝙ omibus certā elemoſinā dantibus talis honor exhiberetur.ꝑma em̄ ordinatio habet ſpēm exactōis.ſcđa autem ſpēm gratuite recompenſatiōis.Hec ille Et ſic videtur velle.ꝙ ſi pecunia nō recipiatur vt ꝑcium.ſed quaſi ſuſtentatōis ſtipendiū tunc nō ſit illicitū.ſicut ⁊ in alijs ſpūalibus impēdendis ꝓ denarijs tenuit.Eſt tñ bene aduertendum ꝙ nō dicit ſtatutū hoc ſimpliciter licitū.ſꝫ ſobrie loquitur Magis inquit licita eſt ordinatio.⁊ ſic abſolute nō approbare videtur Juxta phm.v.ethicoꝝ qui dicit ꝙ minus malū ꝯpatū maiori malo habet ratōem boni qđ arbitrari pōt Sanctū doc.ideo feciſſe quia videbat ſtatuta

huiuſmodi ſpēm auaricie ptendere cū pecunia veniret ſtatuentib⁹ applicanda ar.c. Jacobus de ſymo. qd tñ et ea que de meo pdixi relinquo doctioribus examinanda. Illud tñ credo Si ↄſuetudo hoc haberet q̄ talis excuſaret.c. ad apoſtolicū d ſymo. Jta tñ q̄ pceſſio fiat. et poſtea recipiat dari ↄſuetū Et ita practicatur.

Undecimū exemplū De ſtatutis q̄ danti vel relinquenti aliquid detur anniuerſarium.

Ed quid dicemus de ſtatutis quarundā eccleſiarū ad euitandū pacta ꝛ cōuentiōes a miſtris eccleſie factis. Q relinquēti vel danti reditū certū puta duorū florenorū annuoꝝ maſſe pſentiarū cōcedat anniuerſariū ppetuū cū miſſa et vigilijs defunctorū pagendum. Nunqd tale ſtatutū ſit licitū Et vr̄ q̄ ſic nam ſine ſtatuto Si qs daret ad opus pſentiarū tm̄ redditū rogaret qȝ prelatū et capitulū vt redditū reciperet ꝛ anniuerſariū ſuū iuxta eccleſie ipi⁹ ritum p ſe peragerent. hoc ſm oēs cenſet eſſe licitū. a forciori debet valere ſtatutū ex rōne vt nō ſit opus forū facere aut paciſci ſup talib⁹ factū per ea que no. in glo. j. de pben.c. ſignificatū. ad qd etiā facit notabile ↄſiliū. Jnno. in.c. qm̄ enormis ne. p. vi. ſu. vbi dicit meritoriū eſſe in aliqua eccleſia ↄſtituere redditus aliquos vt ibi fiat anniuerſariū alicuius ꝛ illa cōſtitutio pōt fieri per illos qui debent facere anniuerſariū. alle.c. ſignificatū. Sed contra ꝛ videt q̄ tale ſtatutū nō ſit licitū qꝛ habet ſpēm mali et ſic abſtinendū ſm apoſtolū. nutrit em̄ priuatū cōmodū ſtatuētiū. que vna cauſa eſt pter quā ſtatutū in.c. cum oēs de ↄſti. fuit reprobatū. Nec valet argumentū a forciori p parte affirmatiua allegatū Nā q̄ quis vltro offert redditū. et petit p deo anniuerſariū nullā ſpēm mali cōtinet. puta cupiditatis aut auaricie ſtatutū vero ſic. ꝛ in talibus licet gratuite oblatū recipe. ſuper quo nō licet recipiētibus ſtatuere c. de Eulogijs. xviij. di. hinc dicitur q̄ multa poſſum⁹ recipe q̄ honeſte n̄ poſſum⁹ petere. i. q. ij. placuit. c. queſta. xiij. q. ij. Nec dictū Jnno. hoc probat ad qd inducit ſed pocius ↄtrariū loqtur em̄ vbi principiū eſt gratuitū puta offert redditus a petente anniuerſariū tunc em̄ ſine nota auaricie cōuentus vel collegiū pōt recipere oblatum et cōſtituere āniuerſariū Ex hijs bene ponderatis. licet mihi tale ſtatutū videat illicitū. nō tñ ſequit q̄ ſit ſymoniacū per ea que nota. Jnno. in.c. cū. m. de conſti. qꝛ ex ſola editione ſtatuti nō venditur aliqd ſpūale Sed ſi qd detur vel recipiat virtute huius ſtatuti. videt labe ſymoniaca fieri.

in hoc tamen nolo mihi credatur niſi ratio per me adducta videatur ſatis quadrare. quia cōtrariū vidi ſeruari.

Duodecimū exemplum Statutū ſuper adquirendo. ſtantiam in eccleſia.

Vid ſi ecclesia minatur ruinā aut nimis ē arta. ⁊ ſic ex cauſis rōnabilibus eſt reedificata indiget autē ad huc magna reparatōe. nec ſuppetūt facultates fabrice vnde vt cōuenienter perficiatur. fit ordinatio ab operariis eccleſie ex conſenſu rectoris eiuſdē vt quicunq; de voluntate eorū altare aliqđ in lateribus eccleſie cū feneſtra ſuis expēſis ornauerit atq; extruxerit tali detur honor ſtācie ſeu ſtalli iuxta altare ꝓ ſe ⁊ ſuc ceſſoribus ſuis ⁊ ꝙ poſſit ſtallum tale claudere. queritur an hec ordinatio ſit licita. pro quo ſciendum ꝙ dicit Cunradus ſūmenhart ſacre theologie doctor in vniuerſitate noſtra Tubingeñ. ordinarie legens de materia ſtalli in eccleſia obtinendi a laicis dicit ꝙ pro honore ſtalli ꝓprij habendi in eccleſia nec per modū p̄cij nec p modum alicuius qđ pricipaliter monere debet concedentē nec p modum ſtipendij cū ibi nulla ſit opa. nec etiā ex pacto. temporale poſſit dari aut recipi. ⁊ intelligit ſtallū proprium in ordine ad alios parrochianos. quia non adquiritur ꝓprio iure. Mouet aūt Idē doctor q2 habere talem p̄rogatiuam honoris eſt ius quoddā ſpirituale ſicut et locus eccleſie eſt ſacer et cōſecratus. nec ſtallum habere eſt opera ꝓ qua ſtipēdiū dari poſſit et pactio in ſpiritualibus eſt illicita. Putat tamen ſine omni pactione liberaliter donanti aliquid ad opus fabrice qđ ſit nota dignū poſſit rector eccleſie libere talem p̄rogatiuā cōcedere dūmodo hoc principaliter ꝓpter donum nō fiat. ſed ꝓpter actū meritoriū. quo mereatur laicus grām ꝓ gratia recipere. Et ad ꝓbandam hanc concluſionē adducit ſimilia vt de ſymo. c. tua. ⁊ de iure patronatus. et conceſſione indulgentiarum. Et poſt pauca ſubiungit. Quāuis de rigore loquendo nō eſſet damnandū tanq̃ malū in ſe quando eccleſia eſſet preſſa. et indigeret multa reparatōe et rector eccleſie ordinaret ꝙ quicūq; fidelium ad huiuſmodi neceſſariā reparationem manus porrigeret adiutrices. in tanto talis cōſequeretur ſtallū ꝓpriū in certa parte eccleſie qđ alias nō eſſet cōſecutus dicit tamen a tali ordinatiōe potius eſſe abſtinēdū hec ille Ex cuius dictis et allegatis apparet ꝙ putat hic nō dari ſpūale principaliter ꝓ temporali et bene iudicio meo. Nam ſicut honor habendi ſtallū ꝓprium in eccleſia cenſetur quid ſpūale Ita edificatio eccle-

ſie principaliter intenta. bonū publicū eſt et ſpūale. ꝓut dicimus de indulgentÿs que dant᷑ contribuentibus ad edificationē eccleſie cenſent᷑ principaliter dari pro vtilitate ſpūali nō ꝓ ſubſidio tēporali ſm. s. tho. ⁊ pe. in. 4. di. xx. cōcor. bonaūen. dicens ꝙ indulgentie cū ſint quid ſpūale nō pn̄t ſimpliciter dari ꝓ temporalibus ſed bene ꝓ temporalib⁹ ad ſpiritualia ordinatis pari mōdo honor ſtalli in eccleſia cenſet᷑ principaliter dari pro vtilitate ſpūali. i. ꝓ repatione ſeu extructōe eccleſie nō ꝓ ſubſidio temporali. Spūalia aūt hincinde vt no. hoſt. in. c. ad qōnes de reꝝ ꝑmut. pn̄t etiam ex conuentiōe parciū adinuicē cōmutari nec auctoritas ſuperioris neceſſaria eſt ad purgandū viciū qḋ nullū eſt. ſed ſolum ad auctoritatē ꝑſtandā. vt in ꝑmutatione beneficiorū quo ad titulū. ⁊ in alienatione ꝑpetua. rō hoſt. qꝛ ſpiritualiū cōmutatio adinuicē cenſetur ꝯtractus gratuitus Ex hÿs dictis attemptari poſſet ꝙ cōuentio parciū ſuꝑ honore ſtalli ḋ quo in qōne non eſſet damnanda dūmodo intentio eoꝝ ſit recta ita vt qui dat honorē ſtalli nō intendat hoc ius vendere ſed eccleſiā edificare Et recipiēs nō intendat ſtallū emere ſed ꝓ operis impenſis in edificationē eccleſie recipit ſtallū ad finē vt eo in loco quiecius poſſit deo ſeruire et ſalutē aīe ſue operari. etiā alias nō impenſurus facit qḋ notat Jo. de ger. in trac. de cōſolatiōe theologie Si ꝓfitetur inquit vitā clauſtralē rōnabiliter intendēs illic ſufficienter ſuſtentari alioquin non intraturus neqꝫ tn̄ ſymoniacus eſt dum intentio pricipalis eſt ſeruire deo ⁊ ſuſtentatio vite eſt ad illū finē ⁊ ab illo. Et placet mihi hic ꝓ conſcientÿs id qḋ in alio cāu Rich. in. 4. dicit ſeculares īquit. ꝗ dāt certā q̄ʒtitatē pecunie ꝓ miſſis ſeu āniūerſario innitent᷑ mori patrie q̄ʒuis in huiuſmodi ex ſimplicitate taliter loquantur ac ſi vellent emere videt᷑ ꝙ pie ſit interp̄tandū pactū eoꝝ ſcʒ ꝙ dent per modum elemoſine ⁊ ſunt admonendi de h̄ ꝙ non dent tanq̄ʒ preciū miſſe. ita hic admonendi ſunt vt non dent tanq̄ʒ preciū ſtalli. ſed in edificatione eccleſie. Et ſic ex p̄miſſis ſatis patet quid ſenciendū ſit de ſtatuto qōnis qḋ neqꝫ malū de ſe cōtinet nec ſpeciē mali aliquā quia ad publicū bonū et ſpirituale nō pro priuato cōmodo inuenit᷑ eſſe factum. poſſet tamen forte alia ratione impugnari hoc modo Qꝛ ꝑ ſtatutum tale videatur fieri alienatio iuris perpetui in qua requiritur auctoritas epiſcopi. c. i. de hÿs que fi. a et. xÿ. q. ÿ. ſine exceptiōe cum ſi. Secūdo videtur ꝙ reparatio eccleſiarum ſpectet ad ep̄m principalit᷑. c. de hÿs et. c. decernim⁹. x. q. i. et. c. vnio. q. ÿ. et. c. ꝯceſſo. c. q̄tuor. xÿ. q. ÿ. ſʒ pt rn̄deri ad p̄mā obiectōʒ ꝙ iura alle.

loquuntur in alienatione rerū ec-
cleſie immobiliū et iurium que ex
timationem recipiunt. In ſpiri-
tualibus vero que inextimabilia
ſunt ſecus. Nam ſpūalia ſiue ad-
miniſtratiões pñt inferiores epo
ex cauſa licite alijs cōcedere. puta
miſſas oṙones anniuerſaria. bene
ficia. ſic iubet dñs gratis accepi-
ſtis gratis date Mat. x. vel alit
et ſcdo pōt dici ꝙ hic nulla fit ali
enatio. ſed debiti iuris ſm̄ iuſti-
ciam diſtributio Cū em̄ quilibet
laicus habeat ius ſtandi in eccle-
ſia. c. eccleſia. c. omnes de cōſe. di.
i. Sit qꝫ vigilanter ꝓuidendū vt
in domo dei nihil inordinatū ſit
nihil ꝑpoſterū. c. miramur. lxi. di.
qḋ tunc fieri dinoſcit. cū bene me
ritis ac dignioribus loca dignio
ra tribuunt nec etiā in ciuilibus
equaliter honorant qui nihil vti
litatis afferūt ſicut ꝗ multū. hinc
eſt qḋ in ethicis dr ꝙ diues ꝛ pau
per pōt ſaluare amiciciā ꝑ analo
gū ille impendit vtile alter hono-
rem. Ad ſecundā vero obiectio-
nem. credo diſtinguenda tempo-
ra et cōcordabit ſcriptura Canō
nes em̄ allegati loquūt ſm̄ illa tē-
pora quibus fabricis eccleſiarum
ex oibus ꝓuentibus et oblationi
bus. quarta dabat vt. xij. q. ij. cō
ceſſo. c. quatuor cū multis alijs.
Sed hodie fere vbiqꝫ parum vel
nihil datur ex hijs fabrice. ſed cle
rici totū occupāt. ꝛ ſi hodie debe-
rent quartā iſtā et eam que debe-
batur pauꝑibus ꝑſoluere neceſſe
eſſet non ſolū numerū clericorum
ſed etiam monachorum minuere
cū ex reſiduo non poſſent viuere.
Ne aūt eccleſiarū edificatio deſe
reretur. hoc onus cōſuetudo. fe-
re tranſtulit in laicos ꝛ cū ſit lau-
dabilis cōſuetudo ideo eſt ſeruā
da. c. ad apoſtolicā de ſymo. ob hͦ
nō debet eſſe abſurdū ſi ꝓ eo one
retolerent in adminiſtratōe red-
dituū fabrice vt det grā pro gra-
tia. qḋ etiam in ſtatutis ſinodali
bus Conſtañ. diocesis noſtre in-
uenitur ꝑmiſſum. ita tñ ꝙ cum ſci
tu ꝛ conſenſu clericorū agant. de
quo in ti. de eccleſiarū procurato
ribus Adde ꝙ illi ex cōſuetudi-
ne fere vbiqꝫ faciunt alienatiōes
rez immobiliū fabrice ſine epi au
ctoritate. Nihilominꝰ ſub eoꝝ cu
ra videmꝰ fabricas magisqꝫ ſub
eccleſiaſticis puris ꝓſperari Ex
quibus patet nō eſſe mirū ſi ꝓcu-
ratores hmōi cum voluntate tñ
rectorꝫ eccleſie. honorē ſtādi in ea
habeant ordinare. Que oīa ſub
correctione melius ſencientiū vo-
lo eſſe dicta. Sciendū tñ laici ꝑ-
dictū ius in ꝓprietatē nō poſſunt
habere. cū ſacra loca. i nulliꝰ ſint
dominio. ſed vſum ſolū habent
ſicut de ſepultura dicit i hijs etiā
ſolū de gratia tolerant. qꝛ inuito
epo hec iura laici adqrere nō poſ
ſent ſm̄ doc. in. c. abolende de ſe-
pul. ibi vi. de hoc Ex hijs tamen
dictis confirmat ſatis ꝙ inferio-
res epiſcopo. prerogatiuā ſtandi
poſſunt cōcedere.

Tredecimū exemplum Statutū de ſepultura querenda.

Vnq̇d aūt pari modo ſaluari poſſit ſtatutū vt quicunq̧ dederit. redditū duorū florenoꝝ ad fabricam exhibeat ei honor ſepulture in eccleſia. Et videt̄ ꝙ ſic a ſimili eius qđ admittit. s. tho. 2. 2. q. c. de ꝓceſſione. Sed cōtra hoc clamant fere oīa iura. de quo xiij. q. ij. c. q̄ſta et multis ſe. et de ſepul. c. abolende. ꝓ clariori itaq̧ intellectu q̄onis certū eſt Si ſtatutū negatiue cōcipetur puta nullus ſepliat̄ in eccleſia niſi dederit tm̄. illud eſt ſymoniacū ſimiliter ſi diceret. quicunq̧ in eccleſia ſepelietur dabit tantū qꝛ talia ſtatuta hn̄t ſpēm exactiōis ꝯm doc. Sed de ſtatuto affirmatiuo prout in queſito. puto diſtinguendū eſſe. Aut per honorē ſepulture intelligimus officiū ſepulture. aut intelligimus locū ſepulture in eccleſia. de primo hoc eſt de officio ſepeliendi. hic nō querit̄. Sꝫ de loco i eccleſia in quo ſepeliri quis querit. de quo eſt tex. in. c. abolende de ſepul. qui dicit ꝙ terra cimiteriata pro ſepultura fodiēda vēdi nō dꝫ nō obſtāte quacunq̧ cōſuetudine. idem volunt iura alle. xiij. q. ij. nec valet argumentū de iure ſtandi ad ius ſepulture qꝛ de ſepultura eſt expreſſa ꝓhibitio in iure vbi etiā reprobat̄ ꝯſuetudo ꝯtraria vt i iurib' alle. In ſtallo ꝯo nihil expreſſe ꝓhibet̄. Et breuiter qđ hec ꝓ parte negatiua vr̄ eſſe determinata. p ea q no. hoſt. in ſūma de ſymo. in. §. qlit. ꝯ. q̇d de hijs cū ꝗ cōiter tranſeūt doct. vbi dicit ꝙ ſi ſint diuerſa cimiteria vni' eccleſie vel mōaſterij vnū in quo ſolū canonici ſepeliuntur aliđ cōe ⁊ eſt taxatū ꝓ quo alius a canōicis i cimiterio canonicoꝝ poſſit ſepeliri ſymoniacū eſt p. c. audiuimus ⁊. c. ſicut de ſymo. qꝛ ꝓ terra nihil recipi dꝫ. c. abolende alle. ſpēs em̄ mali eſt et auaricie ſignū Idem ſi maior crux non portetur niſi certa data pecunia. Certū eſt aūt ꝙ ſtatutū facit taxatio nē ergo ⁊c. per not. in. c. dilectus de ſymo. vbi pa. Quid dicemus cū inueniant̄ ſimilia ſtatuta i quibuſdā eccleſijs Crederem ſine dubio eſſe. ſi talia ſtatuta fierent ex intentiōe appꝛeciatōis rei ſacre cū tꝑali. aut ex cupiditate eccleſiaſticoꝝ puta ad cōmodū ꝓua tū eoꝝ vl' rōnabili cā nō ſubſiſtēte. ꝙ ſint illicita ex ꝯ̄ductis ꝓ parte negatiua Sed cū p̄dicta ſtatuta habeāt materiā immixtā pactionis ſeu ꝯmutatiōis ꝯm ſe capacem qꝛ ex ſepulchris in eccleſia exhalationes peſſime manāt in grauamen exiſtentiū in ea talia merito mercedē augēt vt videmus in mundatoribus taliū locoꝝ. Et ſimul occurrat vrgens eccleſie neceſſitas omnib' nota puta minat̄ ruinam et vetuſtate eſt collapſa

aut reparatione eſt neceſſaria nec fabrica ad hoc ſibi ſufficit. adde ꝙ ex cõſuetudine onus edifican-de eccleſie ĩpendit ſubiectis laicis qui obligant̃ ad huiuſmodi one-ra vr̃ mihi ꝙ hijs ↄcurrentibꝰ or dinari poſſint talia ſtatuta ſini-ſtra et oĩno ſuſpitione amota. puta mgr̃i fabrice exponant hoĩbus neceſſitates fabrice ſimul ꝗ ſtru-cture. Et iõ cõmuni ſenſu ſtatuat̃ prout in qõne Nam hoc mõ nul-la notari põt ſpẽs mali. ꝛ videtur ſpũale principaliter ↄcedi. ꝑ ſpũa li nõ ꝑ ſubſidio tpali ꝑut de hoc et alijs motiuis in p̃ce. qõne fuit tactũ Et ad iura in ↄtrariũ alle. rñderi poſſet ꝙ rõnabili ꝛ vrgen-te neceſſitate nõnunꝗ agere opor tet cõtra id qđ ẜm ſe ↄſideratum p̃tendit ſpẽm pietatis vtputa ẜm ſe nõ occidere hoiem aſpirat in fa uorẽ pietatis ꝛ tñ iudex zelo cõis boni laudabiliter occidit ꝑnicio ſum rei publice in quo cãu rõ pre-dicte pietatis vr̃ ceſſare. Ad hoſt. rñderi poſſet ꝙ reſpexit ad ſepul-turã in loco ſacro dũtaxat. Et ſi ſtatuat̃ ꝓ ſuſpectos affectiõe pecu nie extrahende ꝓ cupiditatẽ. Sꝫ ex hoc nõ ſequit̃ quin cauſis ꝛ cir cũſtantijs ſupra obſeruatis. hoc poſſet ꝑmitti Ex hijs rõibus vr̃ motus. p̃dictus doctor Cunradꝰ qui in ſimili qõne dixit Or de ri gore loquẽdo nõ eſſet damnandũ tanꝗ in ſe malũ. dũ eccleſia indi-geret repatiõe aut alia neceſſitate pia eſſet preſſa ſi ſtatueret̃ vel or-dinaret̃ ꝙ quicunꝗ fideliũ ad hu iuſmodi fabricã. certũ quid cõtri bueret cõſequeret̃ rõne ſue pie cõ tributiõis ius ſepulture in eadẽ. etiã quale alias ſibi nequaꝗ com peteret. dat ſimile de indulgẽtijs ſubiungit qꝛ tñ h̃re poſſet ſpẽm mali iõ tucius eſt abſtinere. hoc mihi pariter placet vbicunꝗ no-tari poſſet ſpẽs mali. Tñ lud. põ. in. ↄ. cccxliiij. tꝫ. ꝙ rõne ↄſuetudi nis bñ lꝫ plebano ꝓ loco ſepultu re aliq̃d recipe. vbi poterꝭ videre.

## Decimũ quartũ exẽplũ. Statutũ de excõicatis.

Tẽ ſi ſta-tuto cauet̃ vt excõica-tus ſoluat. x. libras ꝑ quolibet menſe quo ſteterit excõi catus nũq̃d valet. hoſt. dicit ꝙ ſic qꝛ nõ exigit̃ hoc cãu. talis pecunia ꝑ abſolutiõe ſed ꝑ ↄtumacia nã ꝛ pecuniaria pena qñꝗ exigit̃ de iure canonico vt in. c. dilectus de offi. or. ẜm quoſdã tñ prius debꝫ abſolui ꝛ poſtea põt cogi ad ſa tiſ faciendũ ẜm formã ſtatuti ſequũ tur hoc cõmuniter doc.

## Limitatio decima

Rõne vexatio nis in-iuſte.

Atiõe ve xatiõis indebite cõcur rit aliqñ ſpũale cũ tpa li abſꝗ ſymo. praui. ſaltẽ ex par-te dãtis tpale Et ꝓclariori intel-lectu illius limitatiõis Queritur vtrũ impeditꝰ de facto ab aliquo ꝙ nõ põt re vel iure ſuo ſpũali li-

bēre vti. poſſit redimere vexatio-
nē ſuā. dando pecuniā. vt non in
currat ſymoniā. ꝓ parte affirma-
tiua eſt tex. i. c. dilect⁹ ⁊ de ſymo.
vbi habet̃ ꝙ datio pecunie pro iu
re ſpūali queſito ꝯſeruando ꝯtra
moleſtationē īdebitā nō inducit
ſymoniā nec turpitudinē al's nō
potuiſſet vexat⁹ ibi repetere pecu
niam datā qꝛ qn̄ turpitudo ver-
ſatur ex vtraqꝫ ꝑte nō eſt locus re
petitioni vt. l. iiij. ff. de ꝯdi. ob tur.
ca. Et in regula in pari delicto de
reg. iur. lib. vi. vnde pa. no. ex tex.
c. dilectus ꝙ ſine aliquo vicio pōt
dari pecunia p̄lato ab eo qui iniu
ſte vexat̃ i iure ſuo vt ſic redimet
vexationē facti. hoc ibi etiā tenet
glo. ⁊ in multis alijs locis Idem
ꝓbat tex. in. c. queſitū. i. q. iij. cum
glo. Sed ꝓ ꝑte negatiua adduci
poſſunt multi tex. iuris. c. quere-
lam de ſymo. vult ꝙ eccleſia redi-
mi non pōt ſicut nec emi. Et. i. q.
iij. §. quolibet vbi. b. ambro. ait
ſacri ordines nec p̄cio ſunt emēdi
nec redimendi ⁊ in. c. ſe. incipit
Nullus glo. de hoc diſputat. fa-
cit ꝓ hac parte. xvi. q. vij. decias.
⁊ ſe. c. decimas vbi ꝓhibet̃ ne de-
cime a ppl'o redimant̃. et ibi glo.
ꝓ ſolutiōe. Notandū ꝙ redem-
ptio vexationis. ſue de ꝑ ſe nec eſt
mala neqꝫ ſpēs mali. ſm cōit̃ doc.
cū fiat auctoritate iuris. qui aūt
peccat nō peccat legis auctoritate
c. qui peccat. xxiij. q. iiij. vnde re-
gulariter in tpalibus licite redi-
mit̃ vexatio tam ꝓ iure q̄ſito q̄m

ꝓ iure q̄rendo ſed recipiēs pecu-
niam ſic indebite tenet̃ illā reſtitu
ere li. ⁊. §. gñatur. ff. de calum. et
l. iiij. ff. de ꝯdi. ob tur. ca. In ſpūa
libus vero vt euit et prauitas ſy-
moniaca aliqn̄ ꝓhibet̃ in quo tn̄
multū variāt doctores. Et eſt ge
nerale dictū ꝙ in ſpūalibus ꝓ iu-
re q̄rendo nō ſit licitū dare pecu-
niā etiā ad redimendā vexationē
ſecus ꝓ iure q̄ſito. c. dilect⁹. ij. de
ſymo. Nam in primo cāu vr̄ pecu
nia dari vt liberius poſſit conſeq̄
ſpūale. Sed qn̄ eſt iam ius queſi
tū et vexat̃ quis in eo ſuo iure tūc
pecunia ꝓprie dat̃ ꝓ vexatiōe re-
dimenda. vnde impedito an̄ ele-
ctionē de iure vel de facto non eſt
licitū dare tpale aut ꝓmittere im
pedientib⁹. vt nō impediāt d̄ hoc
eſt tex. in. c. nobis e. ti. vbi electio
ſymoniaca dꝛ ex eo ꝙ ꝓmiſſa fuit
pecunia electoribus. etiā eligēdo
ignorante. a forciori ſi ipſe eligen
dus dediſſet vel promiſiſſet. Et
idem credo dicendū eſſe. in p̄ſen-
tando ad bñficium. i. q. v. c. i. Et
idem in recipiēdo ad religionem
c. veniens de ſymo. Nam ſi quis
etiam de facto impediret eligen-
dum ne eligeretur. aut preſentan
dum ne preſentaretur. aut mona-
chandū ne reciperetur tales ſic im
pediti non poſſent vexationē ta-
lem redimere ſine ſymoniaca pra-
uitate Et hoc communiter tene-
tur Eſt bene verum ꝙ impedien-
tes aliquem a conſecutione alicu
ius beneficij ⁊ faciunt intentione

dānificādi eūdē vel ex odio aut inimicicia ꝙ grauiter peccant Et ſm ſco. ac rich. in. 4. di. xv. tenet etiā ad aliquā reſtitutionem. de quo tn̄ ꝓ ſūmiſtas in materia reſtitutionis eſt videndū. Eſt etiā verū ſi aliq̄s de quo ꝯſtaret ꝙ nullū intereſſe haberet in electiōe ſimpliciter īpediret. ne electio fieret in hoc caſu poſſet capl'm redimere vexationē ſuā. ſm guil. ꝛ cōiter ſcribentes et hein. boic. de hoc late in. c. Mathe⁹ e. ti. Sꝫ in hoc caſu capl'm impedit nō in iure q̄rendo. ſed in iure queſito et debito. de iure. n. capl'm eligere habet c. i. de elec. cū ſi. Et idem dicendū eſſe credo de patrono ſi impediatur de facto ne p̄ntet vbi cōſtaret impedientē nullū h̄re intereſſe. Et idē dicendū in monaſterio ſi conuentus de facto impediat ne monachū recipiant. aut p̄latū eligāt Et ſimiliter qđ dictū eſt de electione vel p̄ntatiōe habet locū in libera collatiōe de qua in. c. vno ne ſe. va. lib. vi. Nemo em̄ ꝓ pecuniā dꝫ ſibi pare viā ad rem ſp̄ualē cōſequendā ſm. s. Tho. in. 2. 2. q. c. Jo. an. et panoꝛ. alioſqꝫ poſtq̄ꝫ ꝓ quis electus eſt ad dignitatē vel beneficiū Et tūc. aut ꝯtradicitur ei de iure aut de facto. Si em̄ datur pecunia ꝯtradicentibus de iure maīfeſta ſymonia eſſet ſm oēs tex. et glo. in. c. Matheus et. c. de hoc. Si aūt dat pecunia ꝯtradicentibus de facto ſunt op. glo. in c. matheus vult ꝙ nō cōmittatur ſymonia ad idem glo. in. c. audiuimus e. ti. Inno. vero in. c. Matheus tenet cōtrariū dicēs ꝙ ante cōfirmationē nō dꝫ dari pecunia ſiue cōtradicat de iure ſiue de facto a. le. dicta per ſe in. c. ſignificaſti de elect. et hoc placet panoꝛ. qꝛ ꝓ iure querēdo nō eſt licitū dare pecuniā etiā ad redimendā vexationē vr̄ em̄ tunc pecunia dari vt liberius poſſit cōſequi iſtud ius ſp̄uale. Idē Jo. an. Sed cū glo. tenet guil. poſt ray. in ſum vbi dicit Si manifeſtū eſſet ꝙ impediens nullū ius hꝫ in electiōe ꝛ poſt electionē factā ſe opponeret ne electus ꝯfirmaret vel inſtitueretur. allegans id ſolū ꝙ ſine eius aſſenſu eſſet electus. poſſet tūc redimere vexationē ſuam ſicut magiſter hic innuit hec ille. Et cōcoꝛ. ſatis s. tho. vbi ſupra et ſūma piſana. ꝛ Jo. i ſūma. ꝛ cōiter ſūmiſte. quos ego credo bn̄ dicere. ſi pecunia nō det ꝓ cōfirmatiōe ſed aliter electū de facto impedienti. Si vero detur ꝓ cōfirmatiōe magis dubium eſt videt em̄ per hoc parare ſibi viā ad rem ſp̄ualem. i. ꝯfirmationē cōſequendā vnde ſi ſibi denegetur cōfirmatio pōt ad ſuperiorem h̄re recurſum. Nihilominus in hoc caſu dicit pe. de pal. ꝙ qn̄ datur pecunia a ſe vel ab alio coſciente et cōſenciente ꝓ ꝯfirmatione electionis eſt ſymonia niſi q̄s faceret redimendo vexationē qđ fit qn̄ hō dat pecuniā nō vt aliqđ ius adquirat ſibi ſed ne in adq̄ſi-

to iure iniuſte impediatur. Et ſic
vult ſm doc. Cunradū ſummen-
hart ꝙ ſi q̇s habeat ius ad aliquā
rem que ſibi iure debeaṫ et aliq̇s
impediat eū quo minꝰ eā aſſequa
tur poſſit illi dare pecuniā ꝑ con
ceſſione vexatiōis Nā electus hꝫ
ius ad cōfirmationē petendā ita
ꝙ ſuperioꝛ teneṫ eū cōfirmare niſi
habeat cām legitimā cōtra eū igi
tur ꝛc. Ego puto ꝙ pꝛimū ſerua-
retur in pꝛactica Sed vbi electꝰ
eſſet Idoneus et ſufficiēs. et ſupe
rioꝛ recuſaret eū cōfirmare. ſolū
ex eo ꝙ nō daret pecuniam ſi tunc
daret intentione redimendi ve-
xationem exiſtimo eum in foꝛo cō
ſcientie ſatis tutum eſſe ex pꝛemiſ
ſis Et idem qđ de ꝯfirmatiōe di
ctū eſt. militat etiā in inſtitutione
pn̄tati ſeu inueſtitura per omnia
cum ſint quo ad hoc ſimilia.

☞ Cōſequenter videndū eſt
de hijs qui hn̄t ius in re. vtpote
quoꝛū electio eſt cōfirmata. vel q̇
bus collata ſunt beneficia. aut q̇
ſunt inueſtiti ſeu inſtituti Ita ꝙ
eis queſitū eſt ius in re Nūquid
tales ſi impediaṅṫ in iure eis que
ſito poſſint vexationē ſuā pecūia
redimere. In hoc articulo iterū
diſcoꝛdant doc. In hoc tn̄ ꝯcoꝛ-
dant puta. Si is cui eſt adquiſi-
tum ius eſt in poſſeſſiōe illius iu-
ris ꝛ nihilominꝰ moleſteṫ đ facto
licitū eſt ei aliquid dare. ꝛ redime
re vexationē. licet recipiens tenea
tur ad reſtitutionē accepti hoc ꝓ
batur in. c. dilectus de ſymonia.

Si vero vexaṫ de iure vt qꝛ ep̄s
vult eū iuſte deponere vel aliquis
iuſte accuſare vel foꝛte quis p̄ten
dit ſe ius in beneficio hr̄e et tunc
vexato nō licet aliquid dare quia
nō redimitur tūc vexatio facti vt
not. in. c. Nemo eo. ti. fa. c. Niſi
eſſent de p̄ben. Ideo etiā ꝓhibeṫ
tranſactio ſuꝑ bn̄ficio. c. ꝯſtitutꝰ
de trāſac. Tn̄ inno. ibi dicit Si
is q̇ ius habet in bn̄ficio dat ali-
quid vt quiete in eo maneat non
cōmittit ſymoniā ſeq̇tur panoꝛ.
Qui etiā no. poſt glo. in verbo il-
licite i. c. cū pꝛidē de pac. Q꞉ ſi cer
tus ſum me hr̄e ius in aliquo be-
neficio non pecco ſi do pecuniam
ei q̇ mouet mihi litē vt deſiſtat a
mea vexatiōe. et hec vera vbi ſum
in poſſeſſione ſm omnes.

Aut is qui vexaṫ vel impedi
tur nō eſt in poſſeſſiōe illius iu-
ris queſiti Et tūc ſm Inno. Si
nō habet poſſeſſionē puta qꝛ fuit
ea ſpoliatus. aut aliq̇s alias poſ-
ſeſſionē illiꝰ rei illicite detinet in
vtroqꝫ cāu nō licet vexato vel im-
pedito ꝑ cōſecutiōe iuris ſui da-
re pecuniā. ꝯtradictoꝛi vel rem ſu
am occupanti. qꝛ nō ſolū redime-
ret tūc vexationē. ſed etiā recupa
ret poſſeſſionē amiſſam vt in pꝛi-
mo cāu. aut de nouo adq̇reret rē
ſibi de iure debitā cuius poſſeſſi-
onē nunq̄ꝫ habuit vt in ſcđo caſu
ꝑ quo facit. c. decimas. xvi. q. vij
cū glo. ibidem ſequiṫ. Inno. Io.
an. ꝛ panoꝛ. in. c. ad aures ꝛ in. c.
dilectus alle. Contrariū vero te-

net hug. in alle.c. decimas qui nõ
facit vim in poſſeſſione dũmodo
is q̇ habet ius in re credit intru
ſum ſiue poſſidentẽ ius nõ habe-
re vt ibi recitat archi. Idem vide
tur velle glo. in.c. dilectus. a lle.
dicens cũ ille qui vexat nullũ ius
habet niſi qꝫ vexat de facto. eq̇us
eſt ꝙ poſſit quis redimere vexati
onẽ ſine peccato. ſubiungit. ꝙ eps
nõ ꝯmitteret ſymoniam ſi qñqꝫ re
dimeret vexationẽ. i. decias idẽ
dicendũ ait de bñficio vel officio
iniuſte interdicto ꝙ nõ cõmittit
ſymoniam qui dat ꝓ ſua reſtitu-
tione Et glo. in.c. queſitũ. i. q. iij.
dicit vbicunqꝫ quis ſcit aduerſa-
riũ ſuũ nõ credere ſe ius habere re
dimet vexationẽ ſuã. Cõſentit ſa
tis. s. tho. 2.2. q.c. et ray. in ſũma
qui nullã faciunt mẽtionẽ de poſ
ſeſſiõe Idem facit bar. in ſumma
piſ. Si inquit ꝑbenda mea me ꝑ
iniuriã remoto alij data ſit et ego
recupo aliquo dato nõ puto eſſe
ſymoniã ꝑſertim ſi ab aliquo ty-
ranno ſpoliatus ſum ſm angelũ
Si aũt ꝑ ſuperiorẽ ſũ amotus vr̃
ſecus. etiã ſi iniuſte ſum amotus
etiã ꝑ priuationẽ. Sed ꝯtra hoc
vbi conſtat ꝙ iniuſte ſum ſpolia-
tus fa. ꝓ hac parte. c. i. de vſur.
vbi glo. ſi laicus aliqs iniuſte de-
tinet poſſeſſionẽ aliquã que fuit
clerico in beneficiũ aſſignata. lici
tum eſt clerico eam de manu laici
redimere. propter hec ⁊ hijs ſimi-
lia licet panor. ſequit̃ Inn. ⁊ Io.
an. tñ ipe putat ſi ꝓpter potentiã
aduerſarij vel impotentiã ſuam
clericus nõ poſſit de ſimili illã poſ
ſeſſionẽ cõſequi apud ſuperiorem
ꝙ tũc vt euitet magnũ ꝑiudicium
licite dare poſſit pecuniã ꝑ ea que
no. Iohã. an. in.c. ad aures. e. ti.
Ex quo ſatis colligit̃ ꝙ deſtricta
rõne nõ eſſet ſymoniacũ in cãu q̃-
ſtionis dare pecuniã. honeſtius
tñ eſſet ante oĩa. ad ſupiorẽ habe
re recurſum. Et hoc in beneficia-
libus.

## Primus. §. De redẽptione decimarum.

R redimẽ
i dis ꝓ decimis. altius
erit indagãdũ Triplicit̃
eñi laici inueniunt̃ decimas tene-
re Aliqñ in feudũ antiquũ ab ec
cleſia. ſeu a papa Aliqñ detinent
eas ſine titulo ab antiquo tñ de
cuiꝰ inicio nulla eſt memoria. de
hijs modis mentio habet̃ in.c. cũ
apoſtolica de hijs que fi. a pre. et
in.c. ꝓhibemus de deci. ⁊ in.c. ij.
circa fi. e. ti. lib. vi. Aliqñ ⁊ tertio
ruſtici detinẽt decimas. q̇ eas re-
cuſant de bonis ſuis ſoluere de
hijs decimis loquit̃ tex. in.c. deci
mas. xvi. q. vij. vbi dꝛ ꝙ decime
nõ ſunt redimẽde a pplo. Qñ er-
go laici tenẽt decimas ab eccleſia
in feudum ab antiquo puta ante
tpus lateranẽ. cõcilij de hijs fue-
runt inueſtiti. vel poſtea a papa ex
cã. vel etiam ſi tenent eas ab anti
quo ſine titulo. In hijs duobus
caſibus Si eccleſia ꝓchialis

illas cōmode nō pōt de manibus laicoꝝ obtinere gratis. licite pōt pecunia redimere auctoritate epi interueniente. tenet ray. alexan. d ales gof. hoſt. ⁊ glo. in. c. altare i. q. iij. q̄ dicit redēptionē a militibus ſine ſymonia poſſe fieri immo guil. tunc credit nō eſſe neceſſaria epi auctoritatē. qꝛ cuilibet licet ius ſuum redimere neqꝫ eſt aliqua ſymonia ex parte redimentis qꝛ non dat tpale ꝓ ſpūali ſed temporale ꝓ temporali ſcilicet ꝓ fructibus decime iniuſte detente ius qꝫ ſpūale ꝑcipiēdi decimas remanet ſemꝑ penes eccleſias a quocūqꝫ fructus vſurpant̄. ꝑ hoc facit op. c. i. de feud. et. c. i. de vſu. vbi eccleſia ꝓchialis recipiens huiuſmodi decimas in pignoꝛe. non tenet̄ fructus in ſortē cōputare. vnde quo ad decimas ſine titulo a laico detētas nō eſt dubiū. Sꝫ de decimis in feudū legitime cōceſſis. vbi vtile dominiū recuperatur. ⁊ ſic nouū ius. in eo poſſet dubitare. Sed id nō videt̄ obſtare ꝯſolidatur em̄ eo cāu. vtile dominiū cū ꝓprietate cōſenſu vaſalli. et liberatur vaſallus. a debito ratione feudi de quo in. c. i. de feu. ⁊ in. c. interdicimus de decimis ꝑ doct.

☞ Uerum ſi alia eccleſia q̄ꝫ parrochialis velit redimere decimas. in primo vel ſcdo caſibus cū ꝓ pecunia nouū ius adquirat vr̄ ſymoniacū eſſe ꝑ no. in. c. dilectus de ſymo. Tn̄ ad huc videt̄ diſtinguēdū. Nam ſi vult redimere decimas quas laicus in feudū ꝑpetuum habet monendus eſt vt reſtituat eccleſie parrochiali ſi non vult reſtituere credit Guil. ꝙ eas poſſit redimere interueniente auctoritate epi. nec tunc requiratur cōſenſus capl'i ar. c. cum apoſtolica alle. ꝑ hoc facit qđ tenet hoſt. pe. et panoꝛ. in. c. interdicim⁹ de deci. vbi tenent ꝙ talis eccleſia auctoritate epi decimas laico in feudum conceſſas poſſit accipere in pignoꝛe licet Jo. an. cōtradicat. Sed in fauoꝛem eccleſie vl'is primū videtur verius vt ſaltē reuertantur ad aliquā eccleſiā an autē hoc cāu fructus faciat ſuos dupliciter dicit em̄ hoſt. in pignoꝛe ꝙ fructus debꝫ computare in ſoꝛtem niſi foꝛte conſenſerit eccleſia ad quam ſpectāt ar. c. j. de vſur. q̇d autem ſi non cōſentiat. videt̄ ꝙ nihilominus fructus ſuos faciat. ex quo auctoritas epi interuenit ſm̄ foꝛmam capituli cū apoſtolica. que purgare vr̄ viciū ar. c. Niſi de pꝛeben. Nam ꝓpter magnū fauoꝛē ꝑmiſſum eſt ſi laicus monitus nō vult remittere decimas ꝓpꝛie eccleſie. ꝙ poteſt cū conſenſu epiſcopi aliena eccleſia recipere. nec enim videtur alienatio. vera cū vn̄a ſit eccleſia. et omnes eccleſie ſunt quaſi ſoꝛoꝛes. vt no. glo. in ꝟ. alienare in. c. cū apoſtolica in hoc tamen vellem alios audire.

De redemptiõe decimarũ a militibus.

N decimis vero detentis a militibus ſine titulo. transferendis in aliã eccleſiam a parrochiali nõ ſufficeret auctoritas epi ar. no. in tex. et glo. c. interdicimus. ſicut em̃ alia eccleſia tales decimas nõ poſſet recipere in pignore ex auctoritate epi. vt doc. ibi cõiter tenent. forcius nõ poſſet auctoritate ſolius epi redimi. immo guil. tenet q̃ nec eps nec cathedralis eccl'ia hodie poſſit recipere in pignus decimas parrochialiũ eccleſiarũ licet in eis ius habeat pr̃onatus. c. interdicimus. vnde ad hoc vt alia eccleſia a prochiali redimere poſſit decimas huiuſmodi neceſſe videt̃ q̃ interueniat auctoritas epi cum conſenſu capl'i. tales em̃ ex cã poſſũt decimas vnius eccleſie dare alteri. c. dudũ de re. ec. nõ alie. In vtroq; ergo cãu vbi alia eccleſia redimere vellet tucius eſſet q̃ omnia ponerent̃ in manus epi et poſtea epus aliquid dari faceret laico et ſeruaret̃ nihilominus in aliĳs forma iuris ſm quoſdam.

questio incidẽs Sed nũqd laicus cõmittit ſymoniam qui nõ vult decimã male detentã dimittere niſi detur ſibi pecunia So. guil. dicit licz miles peccet tñ ſymoniã nõ ↄmittit q: tantũ tẽporale vẽdit. i. fruct⁹ decimarũ ius em̃ ſpũale ꝑcipiendi decimas ſemꝑ remanet apud eccleſiã a quocunq; fructus iniuſte vſurpant̃ põt tamẽ eſſe ſymoniacus intentione ſola et voluntate nõ re ipſa ſcz ſi intendit vendere aliqđ ſpũale Idẽ tenet Jo. i ſumma con. licet hoſt. dicat q̃ laicus cõmittat ſymoniam qui nõ vult decimã male detentam dimittere niſi det̃ ſibi pecunia vt no. in ſumma cõfeſ. qđ põt intelligi quo ad ſymoniã mentalẽ ſm wil. ſcz ſi intendit vendere aliqđ ſpũale. facit qđ ſcribit ray. ti. de decimis poſt Jo. ⁊ tan. decime inquit duplici rõne debent̃ eccleſĳs. ſcz intuitu diuini obſequĳ. xvi. q. i. q̃ſti. hoc iure cũ ſint mere ſpũale. nõ pñt a laico teneri q: tale ius nõ cadit in laicũ ar. x. q. i. hanc ↄſuetudinem cũ ſi. Jtẽ debent̃ in ſignũ vl'is dominĳ. xvi. q. i. reuertimini. c. tua de deci. et hoc iure cũ ſit ciuile cadere poſſunt in laicũ nõ quo ad ꝓprietatẽ ſed quo ad fructuũ ꝑceptionẽ. ſuple ſm guil. nõ ſuo noĩe principaliter ſed noĩe eccleſie habendã. penes quã manet ius ⁊ ꝓprietas percipiendi decimas. aliud eſt em̃ ius recipiendi decimas et aliud res ſm. s. tho. 2. 2. q. 87. et no. glo. in. c. ꝑuenit. i. q. iĳ. vnde res ſeu fructus. poſſunt laicis in feudũ dari vel ꝑ priuilegiũ cõcedi. etiã ꝑpetuo vt in p̃dictis locis colligit̃ ſatis ↄcor. alex. đ ales

Cum aũt videam⁹ q̃ paſſim apud nos monaſteria et eccl'ie alie a parrochialibus ꝓprĳs redimunt decimas a laicis detentas

etiam ſine titulo. abſqꝫ auctoritate ſeu cõſenſu epiſcopi et qui cautius agere volunt cõſenſum epiſcopi adhibent raro aũt aut nunquam. cum hoc capli cõſenſus interuenit quis tales cõtractus excuſabit. profecto ſm ius ſcriptũ nemo vt arbitror. neceſſe qꝫ eſt dicere omnes cõtractus tales ſymoniacas ex eo ꝙ redimẽti vel pocius ementi ius decime de nouo queritur fa. glo. in. c. altare in fi. Niſi altero de duobus modis dicere poſſemus. primo ꝙ ſicut ex ſupradictis patuit. miles ſeu laic⁹ nihil ſpũale poſſidet. ſꝫ ſolũ temporale vendit. Ita emens argumento a correlatiuis. non niſi tpale. i. res ſeu fructus decimarum emit. et ſic de iure ſymoniã nõ cõmittit q̃ nõ cõmittitur niſi vbi temporale ꝓ ſpũali cõmutatur Aut ꝙ ꝯſuetudo tãti tpis de cuius inicio nulla eſt memoria defendat. propter rõnẽ in. c. cũ apoſtolica de hijs que fi. a pre. vt vel hoc modo decime redeant ad eccleſiam. et qꝛ aliud eſt alienare qd ab eccleſia poſſidetur et aliud qd detinetur a laico ad vſũ eccleſie reuocare ad de ꝙ epi et eccleſie parrochiales hoc ſciunt et tolerant. Eſt etiã verum qd. b. hieronimus ſup quo fundat ſe papa in. c. cũ apoſtolica indiſtincte loquitur de decimis a laicis male detentis nõ fatiens differentiã an in feudũ habeant vel ne et cũ ſuo tpe diſtincte eſſent iam parrochie de cõſenſu tñ ſolius epiſcopi commemorat in hec verba ad damaſum papã ſcribens Qꝫ aũt beatitudo tua queſiuit vtrũ vſum decimarũ et oblationũ ſecularibus prouenire poſſit nouit veſtra ſanctitas oĩno nõ licere Quãobrem ſi aliqñ fuerint ab hijs male detẽta que diuini iuris eſſe noſcũtur et in vſum tranſierint monachorum et ſeruorũ dei. epo tñ loci illius ꝑbente cõſenſum cõſtabũt eis oĩa ꝑpetua firmitate ſubnixa hec ille et habentur. xvi. q. i. in. c. vlt. et in. c. cũ apoſtolica in qbus verbis bea. Hiero. de feudo nullã facit mentionẽ et forte nõ dum vſus feudorum habebatur. Itẽ et de ſolo epo cõmemorat. Eſt bene verũ ꝙ papa in. c. cũ apoſtolica dictũ. b. hiero. limitat. ꝙ intelligendus ſit in decimis quas laici in feudũ antiquũ habent. et etiã in donatione que eſt cõtractus gratuitus tamen qꝛ. b. Hiero. indiſticte loqr potuerũt forte mõſteria et eccleſie antiquitus credere. decimas a laicis detentas et ſic nõ poſſeſſas a parrochialibus eccleſijs. licite poſſe recuperari a quacũqꝫ eccleſia. gratis vel ſi nollent laici gratis ꝑmittere data pecunia redimere vexationẽ eccleſie vl'is. conſentiente epo loci. publice em̃ intereſt vt tales decime reuocentur ad eccleſiam Ita imaginari poſſet aliqua rõnabilitas cõſuetudinis ſed dubito multũ ſi cõnctũ tale ſuſtineri poſſit ego em̃ difficilime bon⁹ iudex ſum in hijs que moribus inualu

erunt et equitatē aliquā pre ſe ferunt ſiue ad cōdemnandū ſiue ad abſoluendū quō aūt ſine auctoritate epi pdicta fiant aut quēadmodū excuſetur ꝙ laici qui ex more vendūt decimas quas detinēt alijs laicis nulla epoꝝ auctoritate interueniente dicat apollo. qꝛ niſi dicamus ꝙ ſola tpalia vendātur et emant. ⁊ nihil ſpūalitatis. deficiunt oēs in ſalutari ſuo.

De redēptiōe decimaꝝ ab agricolis.

Ixi tertio decimas detineri a laicis puta qn̄ decimas de bonis ſuis nō ſoluūt An tūc redimi poſſint. eſt tex. cū glo. in. c. decīas xvi. q. vij. ꝙ nō etiā a pprijs eccleſijs rōnem dicit eſſe glo. in. c. dilectus. ⁊. ne alij ſumant exemplū et ne ppterea credant ſe ius habere in decimis hijs tn̄ nō ob. ſubiungit glo. Sed nō ↄmitteret epus ſymoniā etiā ſi qn̄ꝙ redimeret. et Idē tenet hug. in. c. decimas glo. autē. in. c. altare. i. q. iij. in fi. videtur velle ꝙ ſit ſymoniacū Ego ex ſupradictis de hijs q̇ hn̄t ius i re licet nō habeant poſſeſſionē. crederē opinionē hug. ſatis tutā. qn̄ facit vim in poſſeſſiōe. dūmō det tpale ſola intentōe redimendi vexationē indebitā. licet faciat contra iuris phibitionē qꝛ nō ſequitur redemptio eſt cōtra ius ergo ſymonia cōmittitur.

Secūdus. §. De excōicato redimente vexationem.

a N autē excōicatus cui denegat abſolutō poſſit redimere vexationē ſuā ſine pctō. Reſpōdet diſtinguēdo Si exigit pecunia q̄ſi pena culpe pcedētis p qua fuit excōicatus factū q̇dē nō eſt ſymoniacū etiā in exigente. niſi intētio ſit corrupta Sed ſi exigat tāq̄ꝫ pciū abſolutiōis ſymoniacum eſſet ſm tho. pe. ⁊ hoſt. ꝑterea ⁊ ſecūdo ad huc diſtiguit. aut em̄ q̇s eſt iniuſte excōicatꝰ aut iuſte. Si iniuſte dicit glo in. c. dilectus ꝙ talis nō peccat ſi dat q̇d p ſua abſolutiōe ſed ille q̇ recipit ſymoniā cōmittit. qꝛ q̇ dat nullū ius adq̇rit ſed dat vt ius adquiſitū retineat vel redimat qd̄ licitū eſt. i. q. iij. queſitū cū ſi. Si vero iuſte ſit excōicatus ⁊ pciū dat vt abſoluatur ſymonia ex vtraꝙ pte ↄmittitur. c. nēo. c. ad aures de ſymo. c. nullus. i. q. i. p quo ſciendū ꝙ dupliciter dici pōt q̇s excōicatꝰ iniuſte. Prio qꝛ nō ex cā rōabili. aut nulla monitōe pmiſſa. ⁊ ſic d̄ alijs talis ſnīa nihilominꝰ ligat q̇ ad eccleſiā militātē. hinc illud tritū Snīa paſtoris ſiue iuſta ſit ſiue iniuſta eſt timenda. c. Sentētia xi. q. iij. Secūdo mō dꝛ excōicatus iniuſte etiā ille. qui ex iuſta cā ⁊ ſeruato ordine iuris excōicatus eſt. tn̄ ſatiſfecit. et nihilominꝰ denegat ei abſolutio cāus ē in. c. ad aures de ſymonia. p cōtrariū du

 

pliciter quis dicit iuſte excōicat⁹ primo q̄z ex iuſta cā ꝛ ſeruato ordine iuris. talis licet poſtea ſatiſfecerit. nihilominus verū eſt dicere ꝙ ab initio iuſte excōicat⁹ fuit. Secūdo modo q̄z fuit excōicat⁹ iuſte. i. ex cauſa iuſta ꝛ ſeruato iuris ordine. vel etiā nō ex cā rōnabili aut nō ſeruato iuris ordine ligat tñ ſnīa paſtoris. nec ad huc ꝓbauit ſniam iniuſtā aut vbi iuſta eſt nō ſatiſfecit. hijs p̄miſſis puto ꝙ excōicatus iuſte hoc ſecūdo modo nō poſſit ſine labe ſymonie pecunia abſolutionē querere. c. Nemo alle. vbi dr ſymoniacū eſſe precio peccatorē ante pniam recōciliare iuncto. c. Nullus cū p̄ce. i. q. i. debet em̄ prius docere de iniuſta excōicatione ſi pōt. vel ſatiſfacere. ꝛ ita intelligo glo. in. c. dilectus. que dicit ſi iuſte excōicatus preciū dat vt abſoluat ſymonia eſt ex vtraqꝫ parte Si ꝟo excōicatus iniuſte docuit d̄ iniuſta excōicatiōe vel licet iuſte excōicat⁹ fuiſſet abinitio tñ ſatiſfecit ꝓut eſt cāus in. c. ad aures. q̄z tūc debuit ſine difficultate abſolui. ſi denegetur abſolutio niſi det pecunia. dicit glo. in. c. dilect⁹ ꝛ idē facit glo. in. c. ad aures ꝙ talis poſſit vexationē ſuā redimere nec ex parte ipſius ſymonia ɔmittit. Sed recipiens ſeu exigens eſt ſymoniacus vt probat tex. ibidē ꝛ in. c. ad aures et in. c. null⁹. i. q. i. In quo tñ Inno. tenet cōtrariū nō em̄ ꝓ abſolutōe talis dz aliquid tpale impendere ſed debet habere recurſū ad ſupiorē ar. c. nullus de iur. patro. hās op. Jo. an. ɔcordare volens. d. ꝙ aut iſti iminet aliqd̄ preiudiciū ex dilata abſolutiōe puta q̄z ſperat eligi vel debet eligere vł pſcriptio currit ɔtra eū niſi agat ꝛ tūc ꝓcedat op. glo. vt dicat pocius redimere vexationē ſuā aut nō ſubeſt tale piculū et procedat op. Innoc. panor. dicit hoc ſatis probabile et equū. In hoc ſentit doc. Cunradus ſūmenhart. ꝙ ſi ex cauſis ſupradictis excōicatus pōt pecunia redimere abſolutionē ſignū eſt ꝙ redimens etiā. minori ex cā nō cōmittit ſymoniam Ego poſt factū ſimpliciter manerem cū glo. an̄ factū ꝟo idem dicerem in foro conſcientie.

☞ Idem qd̄ in excōicatiōe ſupradictū eſt puto tenendū eſſe cōformiter in ſuſpenſiōe in interdicto. aut recōciliatiōe in ſacramento pnie. ꝛ alijs de quib⁹ in. c. Nemo de ſymo.

## Tertius. §. In collatiōe ſacramētoꝝ an vexatio poſſit redimi.

Ed quid dicem⁹ in collatiōe ſacramentoꝝ ac ſpūaliū an in cāu iniuſte denegatōis eoꝝ poſſit licite vexatio pecunia redimi Et videtur ꝙ ſic ad hoc tex. in. c. queſitum. i. q. iij. vbi religioſi ius ſuum redimebant ſine peccato Et dicit gloſa ibi dici pōt ꝙ vbicunqꝫ quis ſcit

aduerſariū ſuū nō credere. ius ſe habere. redimat vexationē ſuam Idem facit. c. dilectus de ſymo. vbi pplus ſine peccato ius ſuū redimebat Et dicit glo. qñ ille qui vexat nullū ius habet ſed de facto ⁊ iniuſte vexat equius videt ꝙ ius ſuū vexatus redimere poſſit. Silr dicit glo. in. c. ad aures de ſymo. Si iniuſte abſolutio negatur redimi pōt vexatio. ⁊ ſic de alijs Sed cōtra hoc facit tex. in c. emendari. i. q. i. vbi ꝓhibet aliquid etiā gratis pro baptiſmo dari Idem facit. c. baptizandis et ibi glo. Qꝛ etiā vexatio in ordine nō poſſit redimi. eſt tex. in. c. quolibet. i. q. i. vbi. b. ambro. ſacri ordines inquit nec ꝑcio emi nec redimi debent. Idem facit. c. ſicut ꝓ certo de ſymo. vbi ꝓhibet etiā ſponte dari ꝓ ꝑbenda aut quolibet ſacramento. c. ſi quis prebendis. i. q. ij.

☞ In hoc dubio. d. Cunradus ſumēhart ſacre theologie ꝓfeſſor ſcribens de ſymonia videt mihi ita concludere dum ſupior obligatus eſt ſubdito miſtrare ſacramenta aut alia ſpūalia. ſi iniuſte et de facto denegat ei illa miniſtrare. niſi ꝓmiſſa vel data pecunia videt ꝙ licite poſſit ꝓmittere aut dare pecuniā ei nō vt precium ſpūaliū. ſed intentiōe redimende vexationis. ⁊ hoc diſtricto iure ⁊ diuino ⁊ inquantū eſt de ꝑ ſe ponit rōnem cōcluſionis qꝛ ſi nō deberet licere hoc. maxime hoc eſſet ꝙ dans pecuniā peccaret cooperādo ad ſymoniā. qd̄ hic nō inuenitur qꝛ predicta intentiōe dando. nō dat tp̄ale ꝓ ſpūali. Sed dat tp̄ale ꝓ re eſtimabili ꝑcio Nam ceſſatio iniuſte vexationis eſt res tp̄alis eſtimabilis precio. q̄nq̄ ſuperior gratis deberet ceſſare ab illa iniuſta vexatione Et iō q̄uis ſuperior peccet recipiēdo aliqd ꝓ ceſſatiōe vexationis iniuſte nō tñ dans Nam iniuſtā vexationē licet redimere Sed nec redimens ille cenſet coopari peccato iniuſte vexatōis. nec peccato iniuſte receptionis pecunie nō eñ cōſentit in vexationē actiuā alterius nec ſibi placet Nec in receptionē ꝑcij qd̄ alius accipit ſed ſibi placet ceſſatio iniuſte vexatiōis ⁊ ſolutio ꝑcij eiuſdēq non fuit mala. alioquin inuaſo a latronibꝰ nō liceret dare res ſuas quatinus eū viuū abire ꝑmittant. Ad hanc rōnem adducit multa ſimilia in iure vt. c. i. de vſur. c. pro hac ꝑte ſupra alle. cū ſimilibus. Ad hec ꝑ ſui dicti corroboratiōe adducit Joh. de gerſona in trac. de ſymo. in ſolutiōe ad vi. rōnem vbi inter cetera īfert vbi preſbiter nollet baptizare puerū poſitū in articulo mortis niſi pecunia ꝑaccepta nec appareret alius potens vel ſciens baptiſare ꝑpter defectū aque vel intinctionis ꝑentes pueri dare pñt pecuniam nō quidem intentiōe emendi baptiſma ſed redimendi vexationē ſuam et puero ꝓuidendi Nec

per hōc dicendi ſunt conſentire
peccato ſymonie huius curati ſi
cut in materia vſure poteſt ali-
quis accipere ad vſuram licite in
caſibus certis q̄muis alteri nul-
lo modo liceat ſubiūgit vnde re-
demptio vexationis videtur ha
bere locum nō quidem in adqui
rendo ius nouum ad officiū vel
beneficiū ſpirituale p̄ſertim apō
ꝯferentem. Sed inuenitur ha-
bere locū dum tolli queritur im-
pedimentū quod apponitur ne
quin iure ſuo vel re ſua pacifice
potiatur vel vtatur Sic inquit
fortaſſe excuſabiles eſſent ſubdi
ti reſpectu curatorum vel prela-
torum dum ꝯpellūtur pecuniam
ante tradere q̄m ſpiritualia eis
debite ꝯferantur ſicut in exem-
plo poꝛi de baptiſmo puulorum
de ſepulturis de miniſtratōe cor
poris chriſti de abſolutōe ſacra-
mentali de collatione ordinum
matrimonioꝝ ⁊ ſimiliū. Hec ille
Dixit autem notanter de ſtricto
iure. Nā ſi talis facile poſſet ha-
bere recurſum ad ſupiorē vel in
mora non eſſet periculum poſſet
conſuli ꝙ non daret pecuniam.
Nam ſanctus thomas dicit q̄m
uis ſubditus teneatur ſuſcipere
ſacramēta a miniſtro eccleſie q̄m
diu toleratur etiam ſi ſit in pec-
cato mortali qꝛ ad hoc eſt ei obli
gatus tamen preter neceſſitatis
articulum non eſſet tutum ꝙ in-
duceret eum ad aliquem actum
ordinis ſui exercendum durāte
illa ꝯſciētia. quā tamen depone-
re poteſt quia in inſtanti homo
diuina gratia emendatur. Hec
ille Tamē de ſtricto iure nō vide
tur neceſſarium ita ꝙ ꝓpterea ſit
damnandus de mortali quādo
illud ab eo petit qđ ſibi debetur
licet ſecus eſſet de eo actu in quo
ſibi talis nō tenetur quia nemo
peccat q̄ vtitur iure ſuo nec ꝑ h
ſcandalizat ſacerdotem ſed poti
us ei occaſionem preſtat peniten
di. ꝓut dicit Scotus in. 4. de
petente baptiſmum a malo ſacer
do. diſt. v. ☞ Dixit ſaltem
de iure diuino quia forte aliq̄s
ꝯtenderet ꝙ obſtaret ſibi ius ca
nonicū ca. ſicut ꝓ certo. cum ſi.
vbi dantes etiam iudicantur ſy
moniam committere. reſponde
ri tamen poteſt hec iura intelligē
da vbi quaſi p̄cium ſpūalium da
retur. ſecus vbi intentione redi-
mende vexationis. quod nō pre-
ſumitur ꝓhiberi. cum igitur pro
ſpiritualibꝰ daretur non eſſet li-
citum. etiam ſponte offerre. vbi
autem non datur ꝓ ſpiritualibꝫ
bene licitum eſt etiam aliquid
gratuitum offerre Ita etiam vex
ationem redimere. quod nec eſt
malum nec ſpecies mali. ſm Pa
nor. in ca. cum ab omni de vita ⁊
hone. cle. quia auctoritate iuris
fit. Et qui peccat nō peccat legi
auctoritate c. qui peccat. xxiij. q
iiij. Dixit vltimo de ꝑ ſe qꝛ de ꝑ
accidens rōne ſcandali ex illa da
tione emergentis forte redderet

vātio illicita. ſm illud poſſet pre
caueri ꝑ preuiā informatōem in
firmoꝝ declarando eis quo ani
mo det ꝛ de iure quod ſibi ↄpe-
teret Hec ille longe amplius
☞ Sed contra hanc ↄcluſi-
onē. in baptizando tenēt multi
famoſi doctores Et in ordinan
dis ſunt expſſa iura. Et de bap-
tiſmo dicunt Si baptizand⁹ eſt
adult⁹ tūc nō debet aliquid da-
re ꝓ baptiſmo ſed poti⁹ bapti-
ſmū dimittere qꝛ ex quo credit et
nō deficit ꝑ eum quo min⁹ bap-
tizetur habet pro baptizato ar.
c. debitum de baptiſmo ꝛ c. ij. de
p̄ſbitero nō bap. vel poterit bap-
tiſmū recipe a laico ar. c. j. de ſū-
ma tri. Si vero eſt infans. tunc
glo. in c. baptizandis ponit opi.
quidam dicunt nihil eſſe dan-
dum. vt ſanctus Tho. petrus d̄
taran. Petr⁹ de palu. ꝛ Richar
de me. villa in q̄rto. ꝛ glo. alle. po
tius dicūt infantem dimittēdū
ſine baptiſmate qꝛ nō d̄bet quis
peccare vt infans adquirat vi-
tam eternam. xiiij. diſt. ꝙ ait lo-
cus. ꝛ c. ſicut. xlvj. diſ. Alij dicūt
ꝙ liceat dare pecuniam q̄nq̄ȝ illi
cite recipiatur quia iſte qui do-
nat duct⁹ neceſſitate donat nec
vt emat ſpirituale ſed poti⁹ dat
vt tollat impedimentū illicite p̄-
ſtitum huic ſacramēto. hoc etiā
tenet Guil. ꝛ Scotus ſup q̄rto
Licet ex alia rōne que tamen nō
videtur valere. tenet Jo. de ger.
ꝛ Panoꝛ. in c. cum in eccleſie de
ſymo. ꝛ ſic ſtat ſatis ↄcluſiō do.
Cunradi. de infante Inſup ſan
ctus Tho. Richar. ꝛ Scotus
dant etiam alia remedia dicētes
ꝙ ſi ſacerdos n̄ vellet dare aquā
ↄſecratam vel non ↄſecratam. ꝙ
ꝓ illa bene poſſet dari pecunia ꝛ
vexatio redimi. qꝛ dicit ſanctus
Tho. ꝙ aqua non eſt ſacramen-
tum ꝛ ſi ſit ſanctificata. nō tamē
ↄpatur ad baptiſmū de neceſſi-
tate eius exiſtens quaſi ſanctifi-
cata ſed quaſi aqua et ideo non
emit aquā ſanctificatā ſed aquā
Hec ille. ☞ In redemptōne
autem ordinum. jura expreſſe cō
tradicunt. nec ordo eſt ſacramen
tum neceſſitatis ſed voluntatis.
vt no. glo. in c. veniēs d̄ tranſac.
Et guil. expreſſe tenet ꝙ in alijs
ſacramentis a baptiſmate redēp
tio vexationis non habeat locū
jdem Richardus. ꝛ ſequūtur cō
muniter doct. ad hec multa im-
pediunt ordinandū que non im
pediunt baptiſandum aut con-
firmandum ꝛ ſic de alijs. Si tn̄
poſt ordinatōem libere collatam
exigeret ab ordinato tpalia ita
ꝙ alias denegaret ſibi teſtioniū
ordinatōis aut alia iniuſta vexa
tio ſibi intentaret ſi nō dederit
tpalia ꝛc. ſatis videt poſſe redi-
mere vexatōem ſuā. In miniſtro
credo idē tenendū qd̄ in ordina-
toꝛe et loquoꝛ de dyacono

Quartus. §. Incidenter
de notario

 

e E notario vero deputato vt ꝯficiat formatas. placet mihi op. panor. in c. j. de ſymo. poſt dn̄m Antho. d̄ but. aut talis h̄t ſalariū d̄ publico puta ab ep̄o et nihil debet exigere aut nō h̄t ſalariū ⁊ tūc aut ſuū officiū eſt adō neceſſariū in ordinatōe vt niſi ipſe ſcriberet ordo non diceret rite collatus. ⁊ tūc cū officiū ſuū ſit d̄ ꝯferentib⁹ ad ordinē ⁊ nihil p̄t recipe Sꝫ panor. d̄t ſe non videre ꝙ officiū ſcriptoris poſſit eſſe tale ꝙ nec̄cario requirat ad ordinē legitime ꝯferendū ⁊ iō ſimpl'r p̄t dici ꝙ ex quo nō h̄t ſalariū d̄ publico rite p̄t pecuniā ꝓ labore ſuo exigere. Et iſtud c. j. voluit ſm Inno. tollere ꝯſuetudinē q̄rundā locoꝝ in quib⁹ oēs officiales ⁊ miniſtri petebāt pecuniā. Mihi ꝓ corroboratōe h⁹ op. placet quod ſcribit Jo. de ger. in reg. mor. vbi dicit ꝙ in actib⁹ qui ſunt ſymoniaci ſolo poſitiuo iure cadat p̄ſcriptio vt in receptōne moderata ſigilli aut lr̄a aut ſuſtentatōe miniſtroꝝ in collatōe ordinū certū eſt aūt ꝙ notari⁹ etiā deputat⁹. ſolo iure poſitiuo ꝓhibetur tempale accipe. cum abſqꝫ eius officio cōferri poſſit ordo. Et ꝙ ep̄us formatam debet dare aut notariū ſalariare ea ſunt de iure poſitiuo c. legum. ij. q. j. fa. glo. in c. epiſcopus. lxj. diſt. vbi cauetur ꝙ decretum electionis debet ſubſcribi. dicit Gloſa. decretum nōn eſſe d̄ ſubſtantia electionis. et etiam eo obmiſſo valet electio Nec etiam formata proprie dici poteſt teſtimonium. ſed eſt ſcriptura teſtimonij. Simile habemus ꝙ teſtis gratis debet teſtimonium dare. Notarius autē qui ſcribit acta depoſitionum poteſt pro hijs pecuniam recipere etiā in cauſa ſpirituali c. ſtatutum. §. notarium de reſcrip. li. vj. Nec refert ꝙ epiſcopus loquitur in formata ipſe tamen eam non ſcribit. Hec incidenter de notario dicere volui. De quo etiam aliquid In parte prima.

☞ Quintus. §. ꝙ vexatio in ſacramentis redimi poſſit ſi ſit iniuſta.

e E quia opinio eorum qui tenēt ꝙ iniuſta vexatio in ſacramentis redimi poſſit benignior eſt. ideo videtur amplectenda. Pro cuius etiā corroboratione nō nihil facere puto theoricam Innocen. in ca. ad aures de ſymoni. vbi pro regula tradit ꝙ nuſquā pro ſpirituali beneficio obtinendo nec pro penitētia ſpirituali redimenda liceat aliquid dare. alle. j. q. j. cap. nullus et de ſymo. c. Nemo. ratio quia nemo debet min⁹ pctm̄ ꝯmittere

vt alterius maius ceſſet ca. Ita ne. xxxij. q. v Et etiam ſpoliatus inquit. ſm quoſdam pecuniam dare nõ debet vt recupet eccleſiã qua ſpoliatus eſt cum id non ſit vexatõem redimere ſed poſſeſſionem recupare. Subiũgit poteſt quis pecuniã dare ne expellatur. vel ſine cauſe ɔgnitõne violentiam paciatur c. dilectus. ꝺ ſymo. Hec ille. Seqtur Jo. an. ꝛ Panor. ɔcludentes. ꝙ in ſpũali iure ɔſuando ſeu in re ſpũali ſi eſt in poſſeſſione illius ꝛ moleſtetur de facto licitum ſit dare aliquid. vexanti vt ceſſet a vexatione. ca. dilectus allega. et ibi tex. et in c. queſitum. j. q. iij. Nec in hoc caſu opus eſt ꝑus ad ſupiorem recurſum habere ſm eoſdem Modo clarum eſſe videtur ꝙ parrochiani habent ius petendi predicta ſacramẽta ꝛ ſpiritualia. a curatis ſuis. ꝛ ꝙ in poſſeſſione illi⁹ iuris ſunt. quare ſi curatus de facto denegat eis illa admiſtrare niſi data pecunia ꝓ hoc iniuſte moleſtat eos in iure ſuo in cuius ſunt poſſeſſione. ideo licite per p̄dicta poſſunt eam vexatiõem pecunia redimere. Qꝫ autem ſint in poſſeſſiõe iuris petendi ſacramenta et ſpiritualia p̄dicta a curatis ſuis. preter hoc ꝙ id notorium eſt. adduco. lapum in allega. lxvij. vbi cõcludit. Si rector eccleſie denegat prochianis ſuis celebratõez diuioꝝ vel admiſtratõez ſacroꝝ. vel cum difficultate et incõmodo maximo hoc faciat ꝙ poſſint prochiani illis denegare decimas ꝛ dicere ꝙ ſpoliet eos celebratione diuinoꝝ vel exhibitione ſacramẽtoꝝ. Nec obſtat ſi diceretur ꝙ laici tanꝙ incapaces ſpiritualium. talia nõ valeãt poſſidere. et ſic nec ſpoliari. quia hoc falſum eſt. Nam illius iuris capaces ſunt ꝛ dicunt hec laicis cõpetere tanꝙ ſingulis nõ tanꝙ vniuerſis alle. c. ſententia de ſen. ex. li. vj. §. cum vero. Ergo ſi curatus iniuſte denegat parrochiano ſuo niſi pecunia detur. vl' baptiſmum. vel chriſma Eucariſtiã iuſte penitenti. abſolutõez. extremam vnctõem. benedictõem nuptiaꝝ. officium diuinoꝝ. p̄dicationem oratõem ſepulturam. et ſimilia. eis de iure debita. et ad que curatus ex officio tenetur. talis prochian⁹. licite poteſt vexatõez ſuam redimere nec videtur peccare. licet curatus manifeſtã ſymoniam cenſeatur ɔmittere. Et idẽ dicendũ erit in epiſcopo cui tota dioc. parrochia eſt Si denegat iniuſte ſubditis alias diſpoſitis vel ordines vel ɔfirmatiõem aut abbati benedictiõem aut iniuſte excõmunicato ſuſpenſo vel interdicto abſolutõem. aut vere penitenti recõciliatõem cõſecrationẽ altarium eccleſiaꝝ virginum Calicis ornamentoꝝ et ſi qua ſunt alia ſubditis ex jure debita ꝛ ad que epiſcop⁹ ex officio. impendenda obligatus eſt. licite ex p̄dictis

poteſt in hijs ⁊ ſimilibus vexatio redimi. quãuis epiſcopꝰ inuenia tur ſymoniã cõmittere. Intelli genda ſunt autem premiſſa vera quando ſupioꝛ iniuſte denegat ſpũalia. ad que ius petendi ha bet ſubditus. Nam ſi ſubditus haberet impedimentũ canonicũ. ſupioꝛ iuſte ſibi denegaret petita ſacramenta ſpũalis. ar. c. Nemo de ſymo. ⁊ ſic non haberet locum ꝯcluſio. Et dato ꝙ ſubditꝰ nõ haberet impedimentũ canonicum eſſet tñ tale ſpũale ad qõ nõ haberet ius petendi. puta ſi non beneficiatꝰ peteret oꝛdinari licet alias ydoneus ſit. nõ tamen iniuſte denegantur illi oꝛdines. Nec dicit iniuſte vexari qꝛ non dicoꝛ te vexare ſi id tibi denego quod tibi dare non teneoꝛ. Hec quatinꝰ de iure ſuſtineri poſſunt dicta eſſe volo. Ex quo ſequitur ꝙ in alijs ſpũalibus ad que ſubditis nõ competit ius ꝯpetendi. ſicut ſunt gratie. vniones eccleſiarum alienatõnes bonoꝝ eccleſiaſticoꝝ auctoꝛizatio diſpenſationes que ⁊ ſi nõ nunq̃ꝫ ſint debite tñ non eſt ꝑditũ ius ꝑ quod petantur ſicut ad elemoſinam tenẽtur diuites pauperi pauper tam̃ eam nullo iure petit ſed ad impetrandam diſpenſatõeꝫ poteſt qs implorare officium iudicis et ſi nollet diſpenſare petat hoc a ſuperioꝛe. vt eſt Glo. in c. exigunt. j. q. vij. In hijs et ſimilibꝰ videt ꝙ non poſſit vexatio redimi niſi ꝓbarentur debita eſſe. quod tñ doctoꝛibus. diſputandum relin quo.

☞ Sextus. §. An iniuſta vexatio iudicis poſſit redimi.

Ed quid iudex nõ vult ferre ſniam iuſtã niſi ꝑus detur pecunia a parte hñte cauſam iuſtam. nũquid poteſt pars illa dare ei pecuniã animo emendi vexationis ceſſatõnem Ray. dicit ſymoniacũ eſſe Idem guil. Pe. de palu. ⁊ Richar. loquẽdo de iuſticia eccleſiaſtica ꝯ fa. glo. in c. nõ ſane. xiiij. q. v. et. xj. q. iij. que videntur magis inclinare ſe ꝙ locꝰ ſit r̃petitõi qꝛ dans nõ turpiter dedit. licꝫ iudex turpiter receperit Barto. in aut. ſe. nouo C de pe. in qui ma. iudi. tenet ꝙ hodie per ius nouiſſimũ pecunia non poſſit repeti cum non ſit licitum quoquomodo dare iudici pecuniã. Stat ergo ſolutio in h̃ iudicio meo an repetitõni ſit locus. Qꝛ ſi extra iudiciũ quis daret iudici pecuniã vt nõ moleſtaret eum. tunc em̃ nõ tractatur de ꝑiudicio partis et poſſet pecunia repeti In iudicio vero eſt ꝑ̃ſumptio cõtra diuitem ꝙ voluerit coꝛrumpere iudicem. Nam fere omnes licet vtãtur bonis verbis nihilominꝰ mente id agunt. vt iudex ferat ꝓ eis ſententiã. Ideo cõis opinio eſt ꝙ ſit ſymoniacum

dare pecuniā quā ſequendā eſſe credo. niſi manifeſte ꝓbaretur. ꝙ corrūpendi animo nō dederit qđ ex circūſtantijs cōſtare poſſit ſm glo. et panor. in c. cum ab omi de vi. et ho. cleri. Judex tn̄ laic⁹ ſup tempali iudicans pecunia ac cepta licet malefaciat ſymoniam tn̄ nō ↄmittit ſm doc. cōiter

Septimus. §. An pecunia poſſit dari vt non committatur ſymonia

Tē Videtur pecunia epō vt ſymoniace nō conferat ordines ſeu ſpūalia dicunt doc. ꝙ ſymonia eſt ex pte recipientis. nō aūt ex pte dantis vt refert pa in c. cum in eccleſie. Item ſi quis det pecuniā epō vt bn̄ficiū nō cōferat indigno. nō eſt ſymonia licet eps turpiter recipiat ſm vin. et refert eū rich. in c. qmpio. j. q. ij

Limitatio vndecima. ratione acceſſionis

Ratione acceſſionis ↄtingit ſpūale cū tempali ↄcurrere ſine ſymōniaca prauitate. vt ecce ius patronatus beneficij p ſe non pt vendi vel non gratuito cōtractu alienari. Nam ſicut cōmittitur ſymonia in mere ſpūali ita in annexo. de re. pmu. queſitum et de tranſac. c. pteres. tamē ſi ↄtract⁹ non gratuitus interueniat in aliqua vniuerſitate tempalium ius patronat⁹ exiſtens in hmōi vniuerſitate tranſit acceſſorie. ex eodem titulo c. cū ſeculū de iure pa. ar. l. in modicis. ff. de ↄtrahen. emp. qr ↄtractus videtur initus ſup rebus tpalibus tm̄ et nō ſup iure patronat⁹ Et hoc eſt intelligendū de vniuerſitate reali puta qn̄ talis eſt ꝙ abſqꝫ alia expreſſione verboꝝ continet in ſe iura vniuerſitatis vt territoriū. caſtrum villa de quo in c. ex litterꝫ de iur. pa. p doc. ſecus eſſet in vniuerſitate verbali ſcꝫ q̄ ſub ſigno vniuerſali ſcat collectōem plurium. vt ſi quis vendit omia iura. aut omēs res vnde ſi vendatur villa in qua venditor habet ius patronatus acceſſorie tranſit in emptorem. Idem tranſit cum feudo vendito. Idem in locatōne ville ad longū tempus ar. l. j. ff. ſi ager vec. et alle. c. ex litteris. Idem trāſit cum hereditate vendita. ſm Innoc. et doct. ibidem et ſic minus dignum trahit ad ſe magis dignum. Et hec ſunt vera ſi inter ↄtrahentes nō intēditur ius patronatus vendi quod ppendi poteſt ſi res carius iuſto vendit ꝓpter ius patronatus. tunc em̄ ↄmitteretur ſymonia ar. c. de iure et iuribus alle. de iur. patronatus. et que no. in c. j. e. ti. li. vj.

Item ſi pſbiter vigiliet ꝓ precio ad defunctū nō eſt ſymonia. licet ſciat tacite quod debeat legere pſalteriū ar. c. de pben. ſignificatum quia ſic vendit laborem

quē non tenetur impendere. ſm Hoſt. et doc. ſed ſi faceret pactū q̄ p̄ precio legeret pſalteriū. eſſet ſymoniacū. de quo etiā Joh. an in alle. c. ſignificatū. de hoc vlti. in. x. limi. videas. Item pſbiter recipiens beneficiū cui impoſita ſunt aliqua onera nō ſolum ſpūalia ſed etiam tempalia. teneſtur ea ſuſtinere ꝛ pſoluere. ar. ca. ſignificatū de pben. et c. preterea d̄ iure patro. tranſit em̄ res cum onere. Item eccleſia recipiens tempale cui etiam a ꝑuato impoſitum eſt aliquod onus ſpūale. tenetur id adimplere. tranſit enim res cum onere ſm Hoſt. poſt glo in d. c. ſignificatū de quo dixi. in c. de oneris adiectione. Item licȝ ſacratalia ad aliquē effectū ſpūalem ordinata vendi nō poſſint vt aqua benedicta per quam venialia remittuntur. Et panis benedictus ac ſimilia ſicut etiam nec ratione materie poſſit vendi ſacramētū. j. q. j. placuit. Illa tn̄ que participatōe vel pticipatiue ſunt ſpiritualia vt calix et vaſa ꝛ hmōi poſt ꝯſecrationē etiā vendi poſſunt alteri eccleſie in eadē forma dūmodo intentio ſolum referatur ad tempale et non ſpirituale. ſm Ul. in ſumma. ꝛ ꝯmuniter doc. Laico vero calix conſecratus vendi non poteſt niſi conflatus §. hoc ius. x. q. ij. Neceſſitate tamen maxima ſacra vaſa eccleſie integra poſſunt impignorari etiam laico. immo ad taber nam. vt dicit glo. in predicto. §. hoc ius. aliquid Panor. in ca. j. de pig. quod allega. ad hoc Itē ſm Guil. palle altaris veſtes ſacre ꝛ alia ornamenta benedicta vendi ſimiliter poſſunt in caſu neceſſitatis alijs eccleſijs. ſequitur angelus in ſūma. Item depēdētia a ſpirituali vendi poſſunt et locari. etiam laicis ſicut ſunt fructus decimarum beneficiorum ꝓuentus. panis oblat⁹. granū cera ꝛ hmōi q̄ offeruntur in eccleſia. vbi ius ſpūale eſt et vendi nō pōt ſed fructus vendunt̄ ſm Hoſt. cū ſint corpales c. veſtra d̄ loca. ꝛ c. fi. ne pla. vi. Cōtra h̄ vident̄ facere iura. x. q. j. in c. quia c. ſanctoꝝ ꝛ ſe. vbi ſub pena excōicatōnis ꝓhibiti ſunt laici. ne oblationes de altari auferant. Idē in c. j. et c. ſecundū. ne cle. vel mo. ꝓhibetur. Credo hec iura intelligenda ſi laicus ꝓpria auctoritate auferret oblatōes de altari vn̄ tenet panor. in d. c. ſecundū. q̄ obuentōes etiā altaris poſſint locari laico dūmodo ponat clericum loco ſui p̄ recolligendis. ne preſumptuoſe ad altare accedat vbi fiunt oblationes. Idem āte eum Hugo. et Arch. Nam manus prophane non debent contingere ſacra cap. veſtimenta de conſecra. diſt. j. hoc tamen male ſeruatur. Sed pone prelatus vendidit omnes obuentiones eccleſie quid erit de eo quod prouenit ex iuriſdictione. dicit Queſtio

Poſt. ꝙ cõmodum iuriſdictõis tranſit cum alijs niſi excipiatur. ꝓ ſe tamen iuriſdictio vendi non poteſt ſm cõiter doc. eſſet eñ ſymoniacum fa.glo.in c.ij. ne pla. vi.ſu. Et dicit Innoc. ꝙ obuentiones cũ quibus tranſiret iuriſdictio nõ poſſunt vendi exercẽti illam iuriſdictõem qꝛ ꝓpter connexitatẽ videtur vendi tunc ipſa iuriſdictio.j.q.iij. ſi quis obiecerit nec illud eſt ↄtra dictũ Poſt qui intelligendus eſt. quãdo obuentõnes venduntur alij ꝙ̃ exercẽti iuriſdictõez.tunc eñ cõmodũ iuriſdictõis tranſit Nec eſt contra c.ij.et Glo.in allega.c.ij. Ne prela.vi. Secus ſi venderentur exercenti iuriſdictiõem quia talis poſſet ſubditos grauare

Limitatio duodecima. Ratione indemnitatis cõſeruande.

Ratione indemnitatis cõſeruande ↄtingit etiã ſpũale cum tempali ↄcurrere ſine ſymoniaca prauitate. Exemplũ de ſacerdote qui qñ duo ex diuerſis parrochijs matrimoniũ cõtrahunt nõ vult dare licentiã alteri ſacerdoti de faciẽda benedictiõe niſi data aut ꝓmiſſa ſibi pecunia. tenet guil.ꝙ ſi hmõi ſacerdos nõ intẽdit vendere licentiã benedictõis faciende ſed ꝓuidere ſibi ſup portione oblationũ ⁊ ꝓuentuũ que ipm ↄtingunt de nuptijs non eſt — Exemplũ.

ſymonia licet forte plus ei detur vel ꝓmittatur q̃m habitur⁹ eſſet ſi illam benedictõem ipſe faceret Si tamẽ ex certa ſcientia maiorem exigat ſummam ꝙ̃ preſumatur portio debere valere. merito preſumi poterit ꝙ licentiã vendere voluit.ſequũtur cõmuniter ſcribẽtes ⁊ dant cõſilium quidam ꝙ clare exprimat de venditõne vel locatione ꝓuentuũ. et ꝙ non recipere velit pro benedictõne. ☞ Sacerdos vero qui non vult dare ſubdito licentiã alteri ↄfitendo niſi data pecunia ſymoniam ↄmittit ſm eundem Guil. Angelus aũt in ſumma dicit de licentia ↄfitendi aut ↄmunicãdi Si ſacerdos nõ intẽderet hmõi vendere ſed ſibi ꝓuidere ſup obuentionibꝫ que eum cõtingerent et nõ in plus nõ eſſet ſymoniac⁹ ſm rodoñ. ☞ Sed quid ſi parrochian⁹ ꝓpter vicinitatẽ alterius ꝓchialis eccleſie petit licentiã a ſuo plebano ꝙ poſſit dominicis diebus in viciniore eccleſia diuia audire quã licentiã. vt tenet lapus alle.lviij. quilibꝫ plebanus ſubdito ſuo poteſt ↄcedere. Nunquid talis plebanus poſſit in ↄceſſione ſup oblatõnibus ſibi debitis paciſci. tenetur eñ q̃libet ſubditus certis diebus offerre. Et videtur ex ꝓmiſſis ꝙ ſic Nam ex ↄceſſione licẽtie nõ cenſeri debet ↄceſſum ꝙ priori eccleſie nõ offerat ſicut dicimus ꝙ cõceſſa licentia ꝙ quis abeſſet cau— Quid de ↄfitendo — Queſtio

ſa ſtudiorum. nō videtur etiam ꝯceſſum ꝙ fructus ꝑcipiat c. tue de cle. nō re. debet ergo ſm eum oblatiōnes cōſuetas mittere ad ſuam eccleſiā. remittit ad Hoſt. in ſumma de ꝓrochijs. ⁊ ſic videtur ꝙ poſſit ſuper hijs paciſci.

De nouellis ſacerdotibus. ☞ Item ratōne indemnitatis cōſeruande forte introducta eſt ꝯſuetudo quarundā eccleſiarū quarū rectores. ꝓ certa ſumma. nouello ſacerdoti ꝑmitias celebranti altare ꝯcedere ꝯſueuerūt. videtur interp̄tandū eſſe ꝙ non intendant vendere licentiam ibi celebrandi ſed prouidere ſibi de portione oblationū ꝯſuetarum caueant tamē ꝙ ex certa ſcientia maiorem non exigant ſummā q̄ꝫ p̄ſumunt oblationes ſibi importare niſi velimus dicere ꝙ cōſuetudo circa hoc plus deberet excuſare. ego puto in hijs cogitandum eſſe.

De queſtionarijs ☞ Item et de queſtionarijs qui de collectis elemoſinis aliquid ſoluunt curato forte poſſet idem dici quia tales collecte ſine p̄iudicio curatorū raro poſſunt leuari attento etiā ꝙ ita ꝯſueuit fieri.

Limitatio terciodecima rōne premiatiōis ſeu pietatis

Ratione premiatōnis etiam poteſt dari pecunia vel tempale ꝓ ſpūali. quod probatur ſic. Qui vult remiſſionē peccatorū cōſequi debet ſi pōt elemoſinas dare pauperibꝰ iuxta illud Daniel. iiij. Peccata tua elemoſinis redime. vñ Amb peccatis tuis venundatꝰ es dyabolo redime te pecunia tua d̄ pe. diſ. j. medicina. Debet etiā quis ꝓ adeptōne eterne glorie tēpalia dare. Iuxta illō ſaluatoris Lu. xv. Facite vobis amicos de mānmona iniquitatis vt cum defeceritis recipiant vos in eterna tabnacula. et Grego. ait. regnum celorū tantū valet quantū habes Sed op. cum regno celorum nihil ſpūalius ſit qūo poteſt pecunia ꝯparari. Soluit glo. in c. ordinatōnes. j. q. j. ⁊ poſt eā archi. d. Quia in elemoſina que datur ꝓpter deum pauperibus ex quo ipſe deus eſt dn̄s nō ꝯmittitur ſymonia ſicut cōmittitur cum prelatis qui nō ſunt domini ſꝫ ſolum miniſtri ſpūalium diſpenſatores

Eſt etiā notandū ꝙ non ſic intelligendū eſt ꝙ res tempalis ſit p̄cium regni celorū vt ꝓprie ematur. ſꝫ ip̄m meritum q̄d ibi adq̄ritur in dando. dicit̄ ꝑ ſimilitudinem quaſi p̄cium qꝛ ſicut p̄cio adq̄ritur res que nō habebatur ita elemoſina et meritis aliorum bonorū que fiunt adq̄ritur regnū celorū. Et elemoſine dantur pauperibus ad inducendū eos et excitandum ad orandum ꝓ benefactoribus ſuis ex ipſis elemoſinis nō ad emendū orationes ⁊ pſalteria ⁊ hmōi. vnde ait Sapiēs abſconde elemoſinā in ſinu pauperis

et ipſa orabit ꝑ te.i.inducet pau
peres ad orandum Oratio enim
ſpūalis eſt et iō appciari non pōt
Breuiter in hoc ſummiſte mo
uēt. vtrū tpalia poſſint dari pro
vita eterna vel ꝑ remiſſione pec-
catoꝝ. Rñdet ꝙ pñt ꝑ modū ele
moſine. Et intellige ſm Tho. et
pe.in.iiij.diſ.xxv.ꝙ cum dr vita
eterna vel remiſſio pctōꝝ emi.eſt
locutio metaphorica qꝛ ipm me-
ritū accipit ꝑ emptione. deo em̄
ex noſtro pcio nihil pt accreſcere

Limitatio quartadeci-
ma.ex iuris ꝑmiſſione

Vris per
miſſione. canonice con
currit temꝑale cū ſpūali abſqꝫ ſy-
moniaca prauitate. Vñ ſcꝫ ꝓcu
ratio datur epo ꝑ viſitatōne vel
ꝯſecratōe eccleſie. ꝓbat ꝺ ſymo.
Cū ſit romana.ꝛ de cenſ.cū apl'ꝰ
Eſt em̄ hec ꝓcuratio ānexa viſi-
tatōni ꝛ ꝯſecratiōi ꝛ datur nō ꝑ
labore ſacramenti vel ſpūaliū qꝛ
tunc daret ꝑ ſpūalibus cum ſint
ꝯnexa.j.q.iij. Si qs obiecerit ſꝫ
p̄ſtatur in ſignū cuiuſdā ſupiori
tatis ꝛ vt facilius p̄lati inducāt
ad viſitandū ꝛ ꝯſecrandū fa.no.
Inno.in c.romana de cen.li.vj.
dicebat āt vinc.in c.cum ſit.ꝙ in
nullo caſu p̄ſtabit ꝓcuratio pla-
to ꝑ officio ſuo impēdēdo niſi in
caſibꝫ iure exp̄ſſis ſequūt eū doc.
ſꝫ panoꝛ.putat ꝙ in ſilibꝰ exp̄ſ-
ſis poſſit ꝓcuratō exigi.alle.no.
in glo. ſicut de accu.ꝛ ſimilia.nō
em̄ omēs iuris articuli pñt lege
cōplecti ſed eſt de ſimilibꝰ ſm eū
ad ſimilia ꝓcedendum l. nō pñt
ff.de le. Et tenet Inno. ac hoſt.
ꝙ ꝓ recōciliatione eccleſie poſſit
eps exigere ꝓcuratiōem no. in c.
placuit.j.q.ij. Sꝫ ꝯtrariū tenet
vin.laur.ꝛ gof. Et ſeqtur Arch.
in c.eccleſijs de ꝯſe.diſ.j.de quo
ꝑ eoſdem in c. cū ab omni de vi.
ꝛ hoc cle. Sꝫ inno. ꝛ hoſt.dicūt
ꝙ eps viſitare intelligit ſi vadat
cauſa ꝯſignandi pueros. vel ꝯſe
crandi eccleſias.ꝺ reli. do. c.ſiue
ꝑ quocunqꝫ alio ꝯmuni negotio
vel quod multos tangit ar.x.q.
iij.relatum de ſymo.cū ſit et ſm
Jo.mo.quod fit ꝑ ſalute aiarū
vel pro cultu diuino ampliando
vel ꝑ ſtatu eccleſie in melius re-
formando.x.q.j.placuit Secꝰ
ſm Innoce.ſi vadit ꝑ cauſis ex-
pediendis Jo.an.in c.ꝓpoſuiſti
de ꝯſe.ec.vl.al.recitat opi.alioꝝ
qui tenent ꝙ ꝓcurabitur epiſco-
pus expenſis illius.qui violauit
eccleſiam in recōciliatōne.ꝛ poſt
ꝙꝫ nemo ſupeſt qui vel ex ſtatuto
vel ꝯſuetudine hoc faceret ſub-
iungit ꝙ gratis debet epiſcopus
recōciliare do.in d.c.romana ſa
tis videtur ꝯcordare cū Innoc.
Sequitur Jo.de ling.ꝛ panoꝛ.
ꝙ in defectū oim teneat epiſcopꝰ
Ex hijs omnibus bene pondera
tis credo opi.panoꝛ.de recōcilia
tione ſatis tutam ꝛ ita ſeruatur
de ꝯſuetudine Eſt autem ſciē
dum ꝙ niſi epiſcopus ꝑſonaliter

viſitet non habebit pcurationē. vnde ſi ex cauſa p alium viſitat non ipſe ſed viſitans procurabitur c.ſi epiſcopus d̄ o ff.or. li. vi. Et debet eſſe pcuratio viſitantis vel ꝯſecrantis moderata. Et vna ſola in die etiam ſi plures viſitaret eccleſias. Et ꝯſiſtit in ſolis victualibus vel pecunia loco eorum hodie. vt in ca. felicis de cen li. vj. Et quid veniat nomie victualiū eſt glo. in c. romana. § pcuratōnes li. vj. Caueant etiā epi aut archiepi ne in viſitatōne mun⁹ qd̄cunqꝫ recipiant. d̄ quo ꝛ de pena in alle. c. plene habet.

## Limitati. XV. Ratione Curie romane.

Imitatio vltima fit p eos qui dicunt ꝙ titulus de ſymonia non habeat locū in curia romana ſic nec in curia principis habet locū de ambitu lex iulia ff. ad. l. jul. d̄ ambi. Ideo in papā nō cadit ſymonia. quod eſt verum ſm hoſt. et anth. de but. in hijs que ſunt ſymoniaca quia phibita. ſecus de phibitis quia ſymoniaca Et licet papa in hijs q̄ ſunt ſymoniaca qꝛ phibita .i. que ſolū ſunt d̄ iure poſitio ſymoniaca. nō liget ppria ꝯſtitutōe tn̄ deberet ipſe p̄ ceteris abſtinere. qꝛ ſpēs eſt mali a quo p̄cipit apoſtol⁹ abſtinere ꝛ decoloraꝛ ſtatus eccleſie. j. q. vij e ſi illa ſanct⁹ Tho. 2. 2. q. c. dicit ꝙ iſta opinio que dicit ꝙ in papā nō cadat ſymonia eſt erronea. So. aliqua eſt ſymonia. l. diuina phibita vt vendere ſacramenta aut vſum eccleſiaſtice poteſtatis ſpūalis vel que veteri lege ꝛ nouo teſtamento ſymoniaca iudicātur in hijs papa ſymoniam ꝯmittere poteſt. ſubeſt em̄ legi diuine ſicut alius homo ita ꝙ non poteſt facere cōtra p̄cepta legis diuine. ſine peccato. ita intelligitur ſanctus Tho. Alia xo eſt ſymonia ſolo iure poſitiuo. talia preciſe emere vel vendere. nō eſt ſymoniacū niſi quia iure poſitiuo phibitum. Et cū papa nō ſubſit legi poſitiue. Jam emptio ꝛ venditio talium nō eſt ſibi phibita ita ꝙ incurrat ſymoniam nec etiā penas iuris poſitiui Nā ſupra legē eſt ꝛ legibus abſolut⁹. c. pponuit d̄ ꝯceſ. p̄ben. ꝛ L digna vox. de le. ꝛ ꝯſtit. patet in ſimili ſi papa pcuteret clericum nō erit excōicat⁹. ſm cōmuniter doct. Ita ſi committat aliquod ſymoniacum quia phibitum nō incurrit. nec ſuſpenſionem nec excōmunicatōem nec irregularitatem Et de hoc videtur intelligēdum quod dicit Joh. de ling. in ca. j. de ſymo. ꝙ nec papa nec alij exiſtentes in curia cōmittant ſymoniā ſi papa ſcit et ex certa ſcientia tolerat. Nam certa ſcientia principis purgat hoc vicium plus dicit pe. de palu. in. 4. ꝙ in q̄buſcunqꝫ ſymonijs ꝛ ſi peccatū

non euitet papa. penam tñ iuris poſitiui cui non ſubeſt ſemp̱ eua dit. vñ nec ſuſpenſiões nec hmõi penas timet ſic nec etiã excõicatꝰ eſt ſi pcutit clericum. dicit etiam plus ꝙ ille qui emeret ſymoniace ordinem vel beneficiũ a papa penas iuris non incurreret qꝛ ſicut poteſt diſpenſare in penis iam incurſis ita etiã ꝙ nõ incurratur ſic poſſet alicui p̄uilegiũ cõcedere ꝙ pcutiendo clericũ non eſſet excõmunicatꝰ qñ aũt dat aliquod beneficiũ ꝓ pecunia videt̃ diſpẽſare ꝙ liceat retinere ſicut qñ ſcienter dat irregulari diſpenſat cum eo Vñ qui habuit beneficiũ per ſymoniã in curia ſi habet ꝯſcientiã ꝙ emanauerit de ſciẽtia pape cõferentis penitendo de peccato nõ tenetur reſignare ſed poteſt tenere Hec pe. panor. in ca. j. de ſymo. tenet ſi beneficiũ habet adminiſtratõem ordinis vel executõem clauium. tunc etiã papa inuoluitur vicio ſymonie. aliȷ̃ tñ in hoc ꝯtra de quo felinus in c. ad auditõem de reſcrip. Subiũgit panor. puto ꝙ ille qui dedit pecuniã pape ex pacto ꝓ bñficio nõ ſit tutus quo ad deũ nec poteſt ſine peccato admĩſtrare in tali beneficio etiã vbi papa nõ ꝯmitteret ſymoniã. ſicut in ſimili tenet Joh. an. in ꝯſtitutõe epi cauetur ꝙ ludens ad azardũ ſit excõicatꝰ. mõ quis ludit cum epõ. talis incurrit licet nõ epus qui nõ potuit ligari ſua cõſtitutõne. baptiſta in roſella concordare volens dicit. poſſe dici ꝙ in hiȷ̃s q̃ ſymoniaca ſunt qꝛ ꝓhibita ex iure poſitiuo nec papa nec dñs incurrit penas iuris poſitiui. nam ſm̃ Inno. in c. cũ ad monaſteriũ. de ſtatu reg. licet ꝯditori canonũ cõtra ſuam diſpenſare ꝯſtitutõnem etiã ſine cauſa. In hiȷ̃s vero que ſunt prohibita qꝛ ſymoniaca ⁊ de iure diuino dic ꝙ tam papa eo caſu dãtes ⁊ pticipes incurrũt peccatum ſymonie. tñ penas iuris poſitiui ad hoc nõ incurrunt. ⁊ hec diſtinctio videt̃ ſibi rõnabilis ⁊ ꝯſona iuribus. Hec ille. qui nõ reſpondet ad dictũ Jo. an. rñderi tamẽ poteſt p hec que Antho. de butno. in c. veniens de fili. pſbi. vbi dicit ꝙ in abſolutõe ab excõicatione exigitur certa forma. vnde dato ꝙ epiſcopꝰ ſcienter ordinaret excõicatum nõ videtur eũ abſoluere. excipit tñ papã Sed adhuc opponunt aliȷ̃ de cle. ſi ſummus de ſen. excõi. vbi dicit̃ ꝙ papa ſciẽter pticipando excõmunicato. Non videtur ipm abſolueren niſi hoc exp̄mat Ita nec ſi nominet aliquẽ ſcienter ſub titulo dignitatis vel honoret p hoc approbat. qꝛ rñdetur ꝙ nõ eſt ſimile quia verba enunciatiua ꝓpter aliud emiſſa etiam ſcienter non inducunt diſpoſitõez. vt in alle. cle. ſi ſummꝰ. ſecus ſi vendit beneficiũ vel ordinẽ. ſcienter tunc eñ intelligitur diſpenſare p theoricam cõem doctoꝝ collectam ex c.

veniens de fil.p̄ſbi. ⁊ ex c. diuerſ ſal. ð cle ↄiug. ⁊ ex c. ij. de ſciſ. q̄ talis eſt. Qꝛ papa exercens actū in pſonā ſubditi ſcienter qui ci tra diſpenſatiōem nō valeret vel ſaltem nō diceretꝰ legittime factꝰ puta ſcit illum diſpenſatiōe ege re tunc intelligitur cū eo diſpen ſare vt ſi ſciens ↄfert ordines vel beneficiū excōicato vel irregula ri. vel aliud impedimētū pacienti. Nam dignitas collata p p̄ncipē facit infamiā abolere C. de nup tijs l. impialis. §. miles ff. de re. iud. l. quidam. xvij. q. iiij. ſi quis ſuadente. §. ↄmittunt. vbi dicitꝰ inſtar ſacrilegij eſt diſputare an dignus ſit quē p̄nceps elegit fa. xciiij. diſ. c. j. Et vbi aliquid ↄce ditur ⁊ omīa alia videntꝰ cōceſſa ſine quibꝰ cōceſſum explicare nō poteſt ff. de iur. o iud. l. ij. de off. dele. prudentiam cle. de pbs. Et hanc theoricam ſecutus eſt Pa nor. in alleg. c. diuerſis et c. ij. de ſciſma. Et hein. boic in c. veniēs de fil. p̄ſbi. licet idē panor. in c. j. de ſymo. aliud dixerit. nulla de predictis locis habita mentōne. Cum autē certum ſit collatiōem ordinis quo ad executōem. et be neficij p pecuniā factam ſymoni acam eſſe ⁊ ſic nō valere. Et ꝙ pa pa in vtroqꝫ caſu poteſt diſpenſa re ꝙ ſcꝫ ordinatus executōem ha beat. et p pecuniā beneficiatꝰ bn̄ ficium retineat. ſequetur ex pre dictis ſi ſcienter ita ordinat. ⁊ be neficiū ↄfert ꝙ in vtroqꝫ caſu di ſpenſat. Ideo angelꝰ in ſūma cō cedit hoc verū quando ſymonia ↄmittitur cū papa. Sed de da tis alijs a papa licet ipſe ſciat ꝙ domini Curiales exigant ⁊ tole ret. nō tn̄ ex hoc diſpenſare vide tur. hoc mihi hodie apparet ve rum. Cum extrauagan̄ etiā curi ales inuoluant. vt eſt videre in ex trauagan̄. q̄ incipit damnabile ⁊ ↄfirmat cenſuras omnes contra ſymoniacos latas. quas ipſo fa cto incurrere vult omnē occultū vel manifeſtū ſymoniacū vbicun qꝫ ſymoniā ↄmiſerit ſi etiā Car dinalatꝰ vel epali p̄fulgeat digni tate. Statuitꝰ ꝙ ſcientes aliquē ſymoniā ↄmiſiſſe ſi i curia roma na ſint. teneantꝰ reuelare. ro. pon. ⁊c. Infra duos naturales dies ſub eiſdem penis. Et eugenꝰ in uoluit etiam mediatores. Hos omnes nō excuſat ſciētia pape et tolerantia. qꝛ p hoc non videtur cum eis diſpenſari ſm Angelū ꝗ credo veriſſimū. in p̄uatim con trahentibꝰ ⁊ p ordine aut bene ficio paciſcentibꝰ. Ea vero que p ſuſtentatōe Curie ⁊ officialiū de volūtate pape ordinata ſunt recipiuntꝰ ⁊ dari intelliguntꝰ au ctoritate pape. ð talibꝰ puto Jo. de ling. ⁊ pe. de palu. loqui. Nā ſm archi. flor. in ſoluendo anna tam ſeu p̄mos fructus p benefi cijs que ↄferuntur in curia. pro faciendo. expenſas p bullis expe diendis vel diſpenſatōibꝰ vel ali arum graꝝ non iudicatur factū

in ſe ſymoniacū qꝛ nō ꝑ modum appꝛeciatōis oꝛdinatum eſt dari ſꝫ ꝑ modū ſubuentōis curie. Juſtum eſt eñ vt qui ꝓ tota eccleſia laborant ab eccleſijs ſuſtentenť Et ſilr papa non ꝯmittit ſymoniam ſi alicui epiſcopatū vel aliud beneficium cum hoc onere daret vt annuatim reſponderet de redditibus alicui ꝑſone vel loco certam ꝑtem pꝛo ſuis neceſſitatibus ſm ſanctū Thomā Facit ad hoc cōſuetudo antiqua romane curie vbi fuerunt multi pontifices ⁊ Cardinales laudabilis vite ⁊ non mediocris ſciētie. Item dando pecuniam ꝓ bullis ꝯficiendis pꝛo beneficijs vel alijs gracijs obtentis ſm taxatōem factā ab hijs ad quos ſpectat nō iudicatur ſymonia quia nō datur ꝓ ſpūalibus cum iam obtenta ſint ſed ꝓ laboꝛe ſcriptoꝛum cum nō ſint a Curia aliter ſalariati nec ē ꝯtra c. ſicut epiſcopū. j. q. ij. quia illud intelligitur quādo notariꝰ vel ſcriptoꝛ eſt ſalariatus ſufficienter. vel etiā cum ſcriptura opatur ad oꝛdinem vel beneficiū recipiendū alias ſine ea nō habiturus. hic autem nihil ad hoc operatur quia iam obtentū eſt Hoc etiā tenet baptiſta. ⁊ ꝯcoꝛdat ſatis Angelus in ſumma de ſymo. iij. §. vlti.

☞ Finit ſecunda pars operis.

☞ Tercia pars de pena et penitentia ſymoniacoꝝ Et diuiditur in duas partes. In pꝛima ponam de pena. in ſcđa de penitētia.

# Equitur

nunc ps tercia de pena ſymoniacoꝝ. Pro quo ſciendū Qꝛ quidā dicebant oēm ſymoniacū eſſe excōicatū. ꝑ c. repiunť c. q̇cunqꝫ. ⁊ c. placuit. j. q. j. et ꝑ c. ex multis. j. q. iij. Et idē videť tenuiſſe Joh. de gerſon in trac. de ſymo. ꝯſideratōe. 3. Attento inq̇t ꝙ oīs ſymoniacꝰ ipſo iure excōicatꝰ eſt cū reliq̇s penis. Sꝫ reuera hoc iura p̄dicta nō ꝓbant ſꝫ ſolū loquunť de ſymoniacis in oꝛdine vel bn̄ficio. vbi tn̄ aliq̇ tenent tales nō eſſe excōicatos ipſo iure vtcunqꝫ tn̄ ſit nullo iure inuenť excōicatō inflicta ipſo iure ꝯtra ſymoīacos niſi in oꝛdine ⁊ bn̄ficio ꝯmittať ſymonia hoc ita firmat Angelꝰ in ſūma đ ſymo vi. Idē facit baptiſta in roſella Unde longa eſt differētia q̄ ad penas inter ſymoniā ⁊ ſymoniā. Aliter eñ punitur ſymoniacus in oꝛdine. aliter ſymoniacus in beneficio. aliter ingrediens religionem ſymoniace. aliter recipiens. aliter puniunť dantes ⁊ recipientes tꝑalia ꝓ ſacramētis aut ſpūalibus ac eis ānexis Qua de re. ponā đ ſingulis penas in iure expꝛeſſas. Et ꝑmo ꝯtra ſymoniacus in oꝛdine dic. Symoniacos

ſn ordine recepto non recipit exe
cutionem ſed eſt ipſo iure ſuſpen
ſus quo ad ſe et quo ad alios eti
am ſi occultũ ſit c. tanta ꝺ ſymo.
Et dicit crimen qꝺ etiã poſt peni
tentiã impedit ordinis executio
nem de quo in c. Niſi. §. j. de re-
nunc. Et nõ ſolum eſt ſuſpenſus
ab ordine quẽ ſymoĩace ſuſcepit
ſed etiã ab actibus omniũ alioꝝ
ſm Guil. ⁊ Innocẽ. Et addit ꝙ
etiã in tpalibꝰ ꝑdit admĩſtratõꝫ
lxxxj. di. eos c. reꝑiunt. j. q. j. nec
pt diſpẽſari cũ eo niſi ꝑ papã. j. q
. j. gratia. ⁊ per doc. in ca. ordina
tões e. cã ⁊ q. Et debet puniri de
poſitiõe ⁊ infamia ſi de crimĩe cõ
ſtiterit c. Inquiſitõnis de accu.
Nec etiam poteſt recuꝑare pecu
niam quã dedit. xiiij. q. v. Non
ſane. Et fructus non facit ſuos.
Ibidem Conferens autem ordi
nem ſymoniace. ſuſpenſus eſt per
triẽniũ c. pe. de ſymo. imo Inno.
⁊ panor. in ca. ꝑ tuas e. ti. tenent
ꝙ ꝑpetuó eſt ſuſpenſus ⁊ id veriꝰ
fa. tex. in c. ſi quis a ſymoniacis.
j. q. j. et. xxxij. diſ. §. verum et ibi
vi. Arch. De ſymoniaco in ben e
ficio obtento faciunt aliqui dif
ferentiam an ſit dignitas aut cu
ratum. an ſimplex beneficiũ In
curato ⁊ dignitate idem faciunt
iudicium. ſicut de illo qui recipit
ſymoniace ordinem. caret enim
executione etiam ſi ſit occultum
ſm Goſ. ꝑ no. in ca. Niſi allega.
cum glo. et no. Panor. vero poſt
alios in c. Tanta diſtinguit aut

ſymonia eſt manifeſta. tunc ſiue
beneficium curatum ſit ſiue ſim-
plex ſuſpẽſi ſunt quo ad ſe ⁊ quo
ad alios. Aut eſt occultum tunc
ſolum ſuſpenſi ſunt quo ad ſe. et
non quo ad alios. ſed eſſent ſu-
ſpendendi ar. j. q. iiij. c. j. et. ij. vñ
ſi renunciãt beneficiis taliter ad
quiſitis poſſunt vti ordine ſuo
põſt ꝑactam penitentiam. ⁊ aliis
beneficiis ſed beneficio illo retẽ-
to in quo ſymonia eſt commiſſa
nu llus põt agere pniam vt in ca.
Inquiſitionis de accu. Et dicit
Joh. an. quẽ ſequitur d. Antho.
in allega. c. Niſi cum ṕdem. ꝙ ta
les poſt ꝑactam penitentiam nõ
carent ordinis executione ſed ca
rent beneficij retentione. id eſt
ſymonia impedit retentiõem be-
neficij. alias non miniſtrabunt
ſine peccato nec ſpũaliter nec tem
ꝑaliter vnde ſiue ſymonia ſit ma
nifeſta ſiue occulta tenẽtur renũ
ciare beneficiis et reſtituere oẽs
fructus perceptos et qui percipi
potuiſſent niſi illos quos expen-
diſſent in vtilitatẽ eccleſie. ꝯcor-
dat Raymũdus ⁊ Guilhelmus.
Limita tamen hec omnia quan
do ſymonia commiſſa. eſt benefi
ciata ſciente. ſecus ſi ignorante
puta ꝑ patrem vel amicos quia
tunc non eſt ſuſpenſus quo ad
alios nec quo ad ſe niſi in ordine
et beneficio ſic habito. Non au
tem in aliis beneficiis habitis vel
habendis capitulo ꝺ ſymoniace
e. ti. ⁊ ibi Innoc. hec diſ. eſt cõis

# De pena ſymoniacaꝝ

Qui vero ↄtulit beneficium ſymoniace vel q̇ mediatoꝛ fuit ſm Ray. ⁊ guil. Si eſt manifeſtum ipſo iure ſuſpenſus eſt quo ad ſe ⁊ quo ad alios c. accuſatum e. ti. Omne em̄ enoꝛme crimen ⁊ manifeſtum impedit oꝛdinis executōnem etiā poſt pactā penitentiā niſi deſuꝑ ſit legitime diſpenſatum. de quo in c. queſitum ⁊ c. ex tenoꝛe de tempo. oꝛdi. Si vero ſimonia eſt occulta quo ad ſe tm̄ eſt ſuſpenſus ſicut q̇libet crimioſus alle. c. ⁊ in ca. ⁊ ſi q̄ſtiones de ſymo. Et om̄ia recepta tenentur hij reddere nō danti ſed eccleſie vel bn̄ficio cui ignominia facta eſt ſm guil. Sunt etiā alie pene cōtra tales ſymoniacos puta ꝑuatio beneficij depōſitō ⁊ infamia ſi de hac in iudicio ↄſtiterit c. Inquiſitōis de accuſa. ⁊. xv. q iij. Sane cum ſi.

## Primus. §. Pene ꝑ extrauagātes Mar. ⁊ alioꝝ.

Circa premiſſa vero multa ſunt hodie innouata. Nā Mar. in ↄ. Conſtañ in extrauagañ. incipit Multe ita inquit Sacro approbante ↄcilio declaramus ꝙ oꝛdinati ſymoniace ab executōne ſuoꝝ oꝛdinum ſunt ipſo iure ſuſpenſi Electiones autē ⁊ poſtulatōnes confirmatōnes ⁊ queuis ꝓuiſiones ſymoniace. eccleſiaꝝ monaſterioꝝ dignitatum ꝑſonatuū officioꝝ ⁊ beneficioꝛū quoꝝcunq; deinceps facte nulle ſint ipſo iure nullū q; ꝑ illas ius cuiq̄m adquiratur. Nec ꝓmoti ↄfirmati aut ꝓuiſi faciant fructus ſuos ſed ad illoꝝ reſtitutionem tanq; iniuſte ablatoꝝ teneātur Statuētes inſuꝑ ꝙ dantes ⁊ recipientes ipō facto ſniam excōicatiōis incurrāt etiā ſi pontificali aut Cardinalat⁹ ꝑfulgeāt honoꝛe Itē in extrauag. mantuana incipit damnabile cōfirmat omēs ſentētias excōicatōnis ſuſpenſionis et ꝑuatiōis interdicti ⁊ alias cenſuras latas a ſummis pon. ↄtra ſymoniacos in oꝛdine vel beneficio quas vult incurrere ipſo facto oēm ſymoniacū occultū ſeu manifeſtū vbicūq; ſimoniā ↄmiſerit. ⁊ dictaꝝ cenſura rū abſolutōez reſuat ſibi ⁊ ſuis ſucceſſoꝛibus. niſi in moꝛtis articulo quo ad excōicatōem. vult etiā ꝙ ꝟtute ↄceſſionū indultaꝝ aut cuiuſlibet facultatis nullus coꝝ poſſit abſolui niſi ſpecialiter de peccato ſymonie ⁊ abſolutōne in lr̄is apoſtolicis fiat mentio. Hoc idem facit Eugeni⁹ in ↄſtitutōe que incipit. Cū deteſtabile per om̄ia. Mediatoꝛes q̄z ſymonie ⁊ ꝓcuratoꝛes expꝛeſſius inuoluit dicens. Statuētes p̄terea ꝙ vniuerſi ⁊ ſinguli qui quolibet dando vel recipiēdo ſymoniā cōmiſerit. aut ꝙ illa fiat mediatoꝛes extiterint ſeu ꝓcurauerint ſniam excōicatōis incurrant a qua niſi a roma. pon. ꝓ tempe exiſente

nō poſſint abſolui pterq̄ in mortis articulo. Et in fine excōmunicat etiā eos qui ſciūt huiuſmodi ppetrata et nō reuelauerit. a qua excōicatione abſolui non poſſunt donec reuelent predicta Paulus etiā in pceſſu quē in die iouis ſancta fecit Excōicat ſimiliter oēs ſymoniacos in ordine vel beneficio abſolutionē reſeruat ⁊ concedit prout ſupra dicit̄ et nō aliter Idem cōſueuerūt facere ſucceſſores Et ſic tenēdū ē q̄ hodie oēs ſymoniaci in ordine vel bn̄ficijs ſunt excōmunicati et alijs penis in dictis cōſtitutiōibus inuoluti qđ indubitanter eſt verū ſi ſymonia eſt cōuencionalis. Sed an extrauagātes iſte extendantur ad ſymoniā mentalē vel etiā an extendi debeant ad cōuentionalem in alijs ſacramentis et ſpūalibus. ab ordine et beneficijs cōmiſſam dubitari pt. Ex eo q̄ Mar. v. in §. Statuentes. ⁊ clarius Eugenius in. §. Statuentes gn̄aliter loquitur. poſtq̄ enim declarauit oēs ſymoniacos in ordine vel beneficio eſſe excōicatos Subiungit in hec verba Statuentes pterea q̄ vniuerſi et ſinguli etiā pmiſſa dignitate prediti qui quolibet dando vel recipiendo ſymoniā cōmiſerint aut q̄ illa fiat mediatores fuerint ſeu pcurauerit ſn̄iam excōicatiōis incurrant ⁊c̄. Et ſic nō reſtringit ſe ad ſymoniā in ordine et beneficio. ſed generaliter loquitur. ideo videt̄ q̄ generalit debeat intelligi. c. ſi romanorum xix. diſt.

Secūdus. §. Q̄ extrauagantes mar. et aliorum nō extendant ſe ad omnes ſymoniacos.

Sed in v-s troq̄ queſito Angel⁹ in ſumma et etiā baptiſta in roſella cōtrariū determinant. Tene inquit angelus q̄ oēs ſymoniaci in ordine et beneficio ſolū ſunt excōicati. alij vero ſymoniaci nō. nec te moueat inquit. c. reperiunt̄. i. q. i. ſimiliter. c. q̄cunq̄. c. placuit. ſimiliter nec. c. ex multis. i. q. iij. q2 licet ſub anathemate ſymoniā pꝛhibeant tn̄ loquunt̄ ſolū de ordine et bn̄ficijs ⁊ ſic in nullo iure inuenit̄ ſub pena excōicationis prohibita oīs ſymonia niſi in ordine et beneficijs et ideo illi ſoli ſunt excōicati hec ille in ti. de ſymo. §. vi. v̄. tertia pena. Et cōcor. baptiſta in ſua roſella. Et licet aliā rōnem nō dicāt tn̄ ex allegatis iuribus vident̄ moti. Q̄ extrauagātes iſte oēs ſunt iuris veteris declaratorie nōn noui iuris pmulgatorie qđ ita oſtendit̄ Nam mar. v. in cōſtitutiōe multe ſacro inquit approbāte cōcilio declaramus q̄ ordinati ſymoniace ſunt ipſo iure ab executiōe ordinū ſuſpenſi. Electiōes aūt pmiſſiones et confirmatiōes. ſymoniace eccleſiarū ⁊c̄. ſunt nulle ⁊c̄. Subiungit. Statuentes q̄ dantes et

accipientes ipſo facto ſniam excō municationis incurrant qđ non pōt intelligi niſi in pmiſſis. puta ordine vel beneficijs. Idem per omnia facit Eugenius in cōſtōne Cum deteſtabile Nos inquit p decesſorū noſtrorū veſtigijs inhe rentes oms et ſingulares excōmu nicationis ſententias dudū a ro. pon. latas declaramus ſymonia cos incurrere Idem fecit paulus et reliqui in eorū declarationib9 vt clare patet in ipis. Modo qui declarat nihil noui facit ſed vet9 reuelat ar. l. hr̄des. ff. de teſta. qđ em̄ declarať ante fuiſſe pbať de ap. c. nouit de iure iur. c. i. lib. vi. Cum aūt ſnia excōicatiōis in an tiquis iurib9. nō inueniať pmul gata in ſymoniacos alios. niſi cō miſerit ſymoniā in ordine vel be neficio. Extrauagantes iſte anti qui iuris declaratorie ad alios ſy moniacos couenienter nō poſſūt adaptari. pene enim nō ſunt extē dende de reg. iur. li. vi. c. odia et c. in penis. de ſymoniacis vero in ordine et beneficijs ſunt tex. i. q. i c. reperiunť. c. quicunqꝫ. c. placuit et. c. ex multis. i. q. iij. q videťi in tn ere eos excōicatos eſſe tamē aliq̄ dicebant eas conſtitutiones non eſſe late ſententie. hodie vero per predictas extrauagantes ſubla ta eſt omnis ambiguitas quia ta les excommunicati ſunt ipſo iure vt dictum eſt. Alij vero ſymonia ci non. Nec ob. §. ſtatuentes in conſtitutione Mar. v. quia ver bum dantes et recipientes eſt in eadem oratione verborū cum pre cedentibus Ideo iuxta premiſſa ſcilicet de ſymonia commiſſa in ordine vel beneficio debet intelli gi ſa. quod not. Bar. in. l. iiij. §. cōmune. ff. vi. bo. rap. Sed nec ob. §. ſtatuentes in conſtitutione Eugenij qui generalius loqui tur quaſi velit oms ſymoniacos inuoluere. Statuētes inquit ꝙ vniuerſi et ſinguli qui quolibet dando vel recipiendo ſymoniam commiſerint ſententiā excommu nicationis incurrāt. quia dici po teſt altero de duob9 modis. Pri mo ꝙ etiam iſte. §. eſt iuris anti qui declaratorius et ſic non exten ditur ad aliam ſymoniam. quod probo a ſimili p tex. in. c. ij. de de ci. lib. vi. in. §. Statuim9 vbi do mi. de gemino. ꝙ vbi in principio conſtitutionis ponitur verbū de claramus tunc dicitur cōſtitutio declaratoria licꝫ poſtea in aliqua parte ponatur verbū ſtatuimus debet intelligi ſm materiam ſub iectam Nam etiā dictio vniuer ſalis reſtringitur ad proporciona bilia materie in qua pfertur glo. in. c. dilecto de ſenten. ex lib. vi. cū ſi vel aliter poteſt reſpondere. Or cla. que poniť ad validādum vel firmādum id quod precedit etiā dato ꝙ laci9 loquatur q̄m diſpo ſitio precedens regulariter tamē non comprehendit niſi tantum p

cedentia vt eſt tex. in cle. i. de preben. i. et. ij. reſponſo. i. Et eſt theorica vulgata. ꝙ genus ſubſequēs limitatur et reſtringitur ſm naturam et qualitatem ſpecierū expreſſarum precedentium alle. c. ſedes de reſcrip. et cle. non poteſt de procura. Et apparet etiam ꝙ vi verborum alij ſymoniaci non includantur per dictū. §. Statuentes conſecutiue enim venit ad precedentia Statuentes inquit ꝙ vniuerſi et ſinguli etiam premiſſa dignitate prediti qui quomodolibet dando vel recipiendo ſymoniam cōmiſerint ꝛc. pro cuius cōfirmatione adduco tex. qui clare hoc probare videtur in. c. ad falſariorum de cri. falſi. vbi in diſpoſitiōe hoc tenore ſtatuit papa nos enim omnes falſarios litterarum noſtrarum qui per ſe vel alios vicium falſitatis exercēt cum factoribus et defenſoribus ſuis anathematis vinculo decernimus innodatos. Et mox ſubiūgit Statuentes vt clerici qui falſarij fuerint deprehenſi omnibus beneficijs et officijs eccleſiaſticis perpetuo ſint priuati Ita ꝙ qui per ſe falſitatis vicium exercuerit poſtq̄m per eccleſiaſticum iudicem fuerint degradati ſeculari poteſtati tradantur puniendi. Ecce quomodo in hoc. §. ſtatuentes papa generaliter loquitur dicens clerici qui falſarij fuerint deprehenſi ꝛc. nullam faciens mencionē aut diſtinctionem de eo qđ falcificauerint Et tamen non intelligitur §. iſte de aliquo alio falſario q̄m de eo qui litteras apoſtolicas falſificauerit. quia premiſſa in cōſtitutione de tali falſario loquunt̄ vnde abſurdū eſt in iure. ſi quis diceret omnem falſarium officio et beneficio priuatū eſſe et degradari debere ac curie ſeculari tradi. multis enim modis falſum cōmittitur et varie punitur de quo glo. magiſtra in. c. In memoriam diſt. xix. fa. c. ad audientiam. Et glo. in alle. c. ad falſariorū in verbo legitimas. ꝑpter has ratiōes ſecutus ſum angelum et roſellam ſcilicet ꝙ non ſint excommunicati de hoc plura dicentur in. §. de pena ſymoniacorum in alijs ſacramentis infra e.

## Tertius. §. De ſymonia mentali ꝙ extrauagantes ſe ad eam non extendant.

E ſymonia ꝓ mētali refert Aſtñ. in ſūma li. vi. titu. lv. Quādo

ſymonia eſt ſolum mentalis ſine omni pactione tunc non ligatur talis ſymoniacus aliqua p̄dictaꝝ penarū. qđ dicit notandū angel⁹ vbi ſupra in ſumma ⁊ ſequit̄ etiā baptiſta in roſella text. ad hoc in c. fi. đ ſymo. qui dicit ꝑ ſymonia que nullo p̄cedente pacto ſed affectu cōmittit̄ ſufficere delinquentibus per ſolā pniam ſuo ſatiſfacere creatori. abſqꝫ reſignatiōe qſitorū. hoc idē tenet anthoninus in ſūma pte ſcđa ti. i. c. iiij. vbi ita dicit Si ſine pactiōe vel exactiōe quis cōfert aliqđ ſpūale principaliter hac intentiōe vt ꝓpter id recipiat tpale puta audit cōfeſſionē vel dicit miſſam vel cōfert ordinē vel beneficiū pricipaliter ꝙ ſperat ſe ꝓpter hoc habiturū pecuniam Et ſimiliter q̄ dat aliqđ tpale pricipaliter vt recipiat ſpūale vt eucariſtiam ordinē ſacrū beneficiū ⁊ huiuſmodi ſymoniam cōmittit mentalē et eſt graue peccatū. tam ſola penitētia tollit̄ hec ſymonia c. fi. de ſymo. Idem tenet in ſe. c. de quo dixi etiā ſupra pria pte. in deſcriptiōe ſymōie et etiā ī notabili. v. Nec etiā antho. ignorauit extrauagantē Mar. v. qꝛ eam inſeruit. in ſumma alle. Idem tenuit panor. in. c. ex tue et. c. in tua de ſymo. qui tn̄ nō ſolū cōſtitutionē mar. v. ſed etiam Eugenij videre poterat. Eſt tamē aduertendum ꝙ hoſti. reſtringit. c. fi. de ſymo. ad ea que ſunt ſymoniaca de iure poſitiuo. Sed ſymonia cōmiſſa in hijs que ſūt de iure diuino. i. ꝓhibita quia ſymoniaca nō aboletur ſin cū ſola pnia. vnde ſi epus tali ſpe ductus ſcilicet pecuniā habendi. clericū ordinauit et poſtea pecuniā recepit induci debꝫ in iudicio anime vt pecuniā reddat et ſic ordinatus qui eandem intentionē habuit induci debet ne ſuū exequatur officiū quouſqꝫ ſecum fuerit diſpenſatū hec ille ſequitur boic. in alle. c. fi. et refert archi. in rubri. i. q. i. Sed Jo. an. in. c. tua e. ti. dicit tenendū ꝙ nunq̄ꝫ intentio inducit ſymoniā niſi mentalē quē ſequitur panor. ibi dicens. c. fi. indiſticte ꝓcedere ſiue ſint ſpiritualia de iure diuino ſiue ex cōſtitutiōe eccleſie ex quo aliter non diſtinguitur ar. xix. ſi romanorū tenet expreſſe glo. fi. in. c. quicūqꝫ i. q. i. tenet archi. flor. vbi ſupra. Idem tenet baptiſta in roſella. Idem tenet ray. in ſumma dicēs Qui ſcit vel credit cōferentē eidē cōtuliſſe ordinem vel beneficium principaliter ꝓpter obſequia vel preces carnales ſi eſt dignus non tenet̄ reſignare ſed debet penitere de intentiōe corrupta alle. c. fi. ſecus ſi eſſet indign⁹ ſequitur guil. qui ſupra verbo indignus addit ex alio crimine q̄m ſymonia ſequitur vlri. et aſten. quis aūt dubitat ꝙ cōferre ordnīe eſt ſacramentum. Tenet etiam guil. gloſator Ray. vbi dicit ꝙ in hijs que ſunt

ꝓhibita qꝛ ſymoniaca ſufficit voluntas ſola ad introducendū peccatū ſed nõ ſufficit ad introducēdam irregularitatē niſi ꝓgrediatur ad actū paciſcēdi hoc recitat archi. in alle. c. quicunq̃. i. q. i. ꝑ hac via faciunt que mox. infra dicam Concordat ſatis. s. tho. 2. 2. q. c. gñalit̃ loquens Quo ad deū inquit ſola voluntas facit ſymoniacū ſed quo ad penā eccleſiaſticam exteriorē nõ punitur vt ſymõniacus nec abrenunciare tenetur ſed de mala intentiõe debet penitere. facit etiā glo. in. c. quicunq̃ alle. i. q. i. qui canon loquit̃ in ordinibus. tenet. ꝙ hodie ſola pnīa ſine reſignatione queſitoꝝ ſufficit qñ ſymonia in animo geritur. In quo. c. archi. recitat op. wil. d verbo ad verbū. d. ꝙ in hijs que ſūt ſymoniaca de iure diuino ſufficit ſola voluntas ad introducendū peccatū ſed nõ ſufficit ad inducēdam irregularitatē niſi ꝓgrediatur ad actū paciſcendi Et ſic ſm eū in hijs que ſunt ſymoniaca de iure diuino ſola voluntas cū opere ſubſecuto nõ ſufficit ad introducēdā irregularitatem niſi pactio interueniat Et hanc opinionem tanq̃ benigniorē puto ſatis ſecuram. vt. c. mandato ꝓcedat ſiue ſint ſpūalia de iure diuino ſiue ex cõſtitutiõe eccleſie. ad motiua hoſt. que ſunt duo. primū ꝙ in ſymonia de iure diuino papa diſpēſare nõ poteſt. qꝛ vtroq̃ teſtamento eſt ꝓhibita. i. q. iij. ex multis.

Secūdū motiuū põt eſſe ꝙ. c. mādato ꝓprie loquit̃ de ſymonia q̄ eſt de iure poſitiuo ideo nõ eſt extendendū ad ſymoniā que eſt de iure diuino in qua ſymoniac⁹ debet induci ad reſtituēdū quicq̄d accepit ſic vſurarius mentalis. de iure naturali et diuino.

☞ Pro ſolutiõe ſciendū ꝙ in ſymonia tria ſunt conſideranda. Primo peccatū. Secūdo reſtitutio ſymoniace queſitoꝝ. Tertio pene cõtra ſymoniacos ꝓmulgate. Ex hijs tribus pene vt excommunicatio ſuſpentio ab executio ordinum irregularitas. infamia et ſimiles nõ ſunt de iure diuino ſed poſitiuo iure inducte quas penas omnes papa p̄t tollere ſm cõmuniter doc. nec in hijs vendicat ſibi locū rõ hoſt. Qꝛ autē peccatū ſymonie in ꝓhibitis qꝛ ſymoniaca ſit ↄtra ius diuinū nemo negare põt. ⁊ ꝙ reſtitutio ſymõiace adquiſitoꝝ ſit neceſſaria. patet ex eo ꝙ peccatū nõ remittit̃ niſi ablatū reſtituat̃ verū eſt tamen ꝙ reſtitutione vel reſignatione facta. peccatū ſymonie per ſolā pnīam purgatur de iure diuino. vnde ꝙ eget aliquis diſpenſatõe hoc eſt ſuper penis a iure poſitiuo īflictis. Si eñ ſuſpenſio excõicatio aut irregularitas ↄtra ſymõiacos a iure poſitiuo nõ eſſent edite. ſymoniacus etiā in hijs q̄ ſunt de iure diuino. reſtitutiõe aut reſignatione ſymoniace acceptoꝝ facta ꝑ ſolā penitentiā reſtitueret̃ ſine omni

diſpenſatione An vero papa cum ſymoniacis in hijs que ſunt de iure diuino poſſit ſup retentiōe ſymoniace acceptoꝛū diſpenſare. ſicut pt penas iuris poſitiui remittere. tenendū eſt ꝙ pōt de quo eſt glo. in. c. oꝛdinationes. i. q. i. que dicit ꝙ papa poſſit diſpenſare cū ſymoniaco in oꝛdine licet ille non renunciet Nam etiā vicium furti pōt purgari eo apud furē manente. ff. de vſucap. ſi fur. in prin. Et ita tenent archi. ⁊ cōmuniter doc. Et dicit wil. ſuper ray. ti. de vſur. ꝙ papa poſſet diſpenſare ꝙ nō ſolum in mentali ſymonia ſed etiā in illa que pacto eſſet expreſſa retineri poſſet qđ eſſet ſymoniace adq̄ſitū de hͦ plene tetigi in ſcđa ꝑte vlt. limitatione an papa poſſit Nec obſtat argumentū de vſura qꝛ in vſura leditur ꝓximus cui de iure diuino debet fieri reſtitutio in ſymonia vero nō fit reſtitutio ei q̄ turpiter dedit ſed eccleſie debetur in cuius iniuriā datū et acceptum eſt. c. ad hoc de ſymo. in quibus papa plenam et liberā habet diſpoſitionē de hoc Antho. de buť. in. c. poſt tranſlationē de renunc. ſatis inquit purgatur vicium qn̄ res peruenit ad dn̄m. ff. de vſucap. ſi fur. et. c. ꝙ quidam ſi foꝛte. i. q. i. In retentiōe ꝟo ſpūalium acceptoꝝ nullus leditur. Iō quātū ad reſignatiōem acceptoꝝ vel quantū ad alias penas iuris poſitiui papa pt ſtatuere vt talia non habeant locum in ſymonia mentali et ſic nō obſtat fundamētum hoſt. Nec ob. etiam ꝙ. c. mādato videtur loqui in ſymonia q̄ eſt de iure poſitiuo qꝛ poteſt illud negari bene ponderando vel pōt dici ꝙ in textu ſūt duo dicta. Et ꝙ ſecundū dictū loquitur gn̄alič et irreſtricte ideo generalič intelligendū In hoc dubio tamen facit angelus in ſumma ſua. §. j. iuncto. §. vij. differentiam inter penas iuris poſitiui ⁊ inter reſtitutionem ſymoniace acceptoꝝ. Nam quo ad penas iuris dicit firmiter tenendum ꝙ ad eas incurrendas requiriť pactio Sed quo ad reſtitutionem acceptoꝛū cum hoſt. tenet ꝙ. c. fi. nō extendať ad ſymoniam de iure diuino panoꝛ. etiam in alle. c. fi. videtur dubitare q̄uis in. c. ex tue et in. c. tua. e. ti. ſimpliciter teneat. c. fi. gn̄alič eſſe intelligendū Ego vt dixi credo generalič intelligendū ſatis tenet. Archi. floꝛ. vbi ſupꝛa et ſequitur baptiſta in ſua ſumma. Et ante eos hoc tenuit ray. tempoꝛe cuius nouiter cōdita eſt hec decretalis qui dicit in hec ꝟba qui vero ſcit vel credit cōferentē eidem contuliſſe oꝛdinem vel beneficiū principaliter ꝓpter obſequia ſiue p̄ces carnales a ſe vel ab alio interpoſitas credo ꝙ ſi erat indignus debeat reſignare qꝛ tunc ſuccedunt p̄ces loco precij alioquin ſi erat dignus nō tenetur ſed debet penitere de coꝛrupta intentiōe. i. q. i. ſūt nō nulli et. c. fi. de ſymo. Sequi-

tur eum wil. qui ſuper ꝟbo ſi erat indignus exponit. ex alio crimine q̄m ex ſymonia. Idem tenet vlri. et aſtenſis idem Ray. paulo añ. tenet ꝙ. c. fi. habet locū in eo qui ſola intentione vel voluntate oc‐culta cōmiſit ſymoniā Et. s. tho. indiſtincte dicit. Sola voluntas facit ſymoniacū ſed quo ad penā eccleſiaſticam exteriorem nō puni‐tur vt ſymoniacus nec renūciare tenetur ſed de mala intentiōe pe‐niteat Et tex. in. c. fi. vtrūq̄ʒ com‐plectitur. Ad reſignationē ait ſpi‐ritualiū et temporaliū ꝓ ſymonia huiuſmodi nō teneri.

## Quartus. §. Sequuntur concluſiones tres in men‐tali ſimonia.

Ex predi‐dictis poſt archiep. flor. vbi ſupra cōclu‐ditur Qꝫ ſi quis ſine pactione ex‐preſſa vel exactione cōfert aliqđ ſpirituale principaliter hac inten‐tione vt ꝓpter illud recipiat tem‐porale puta audit cōfeſſiones vel dicit miſſam vel cōfert ordinē vł beneficium pricipaliter qꝛ ſperat ꝓpter hoc ſe habiturum pecuniā Et ſimiliter qui dat aliquid tem‐porale principaliꝰ vt recipiat ſpi‐rituale vt eucariſtiā. ordinem ſa‐crum beneficium eccleſiaſticum ꝛ huiuſmodi ſymoniā cōmittit mē‐talem que grauiſſimum mortale eſt. ſed ſola penitentia tollit. nul‐lam qꝫ cenſuram eccleſiaſticam in‐ducit alle. c. fi. de ſymo. hec ille. đ quo paulo ſuperius etiā dictū eſt et ſupra parte. i. notabili. v.

## De munere ab obſequio quando eſt mentalis.

De munere vero ab obſequio ſimili‐ter dicendū eſt Si quis ſeruiat alicui prelato in tempora‐libus principaliter cā et intentio‐ne obtinendi beneficiū nullo ta‐men pacto aut cōuentione inter‐ueniente q̄ʒuis grauiter peccet. et ſymoniam cōmittat. talis tamen ſymonia mentalis eſt ideo nullā incurrit cenſurā eccleſiaſticā nec ad reſignationem beneficiӯ obten‐ti tenet̄ ꝑ alle. c. fi. de ſymo. ꝛ no. in. c. cum eſſet. e. ti. tenet Rich. in 4. ſequitur archi. flor. pte. 2. ti. i. c. v. §. v. Idem eſt ſi quis per ad‐ulationē beneficiū obtineat qꝛ p̄t dici munus ab obſequio ſm doc. de hoc lacius ſupra parte. i. nota‐bili. vi.

## De munere lingue quā‐do ſit mentalis.

De munere vero a lingua dixi ſupra parte. i. notabili octauo Qꝫ preces ꝓ ſpiritualibus. aliq̄n inducunt ſymoniam aliquando

nō. vbi ergo nō inducunt ſymoniam ſuperuacuā eſſet querere de pena Sed vbi preces inducūt ſymoniam. niſi tunc ꝯuentio vel pactio interueniat illicita. ſolū committit̄ mētalis ſymonia. ex deſcriptione ſymonie de quo ſupra pte i. in principio. rō in promptu eſt. Si em̄ datione pecunie vel pſtatione obſequij temporalis intentione cōſequēdi ſpirituale etiam principaliter. nō cōmittitur ſymonia. niſi mētalis dūmodo pactio vel cōuentio deſuper nō interuenit forcius hoc dici debet in precibus. nam qui precat̄ nihil tribuit Jdeo dixit Car. in. c. tuā de eta. et quali. or. poſſe indiſtincte dici ꝙ nunq̄ȝ preces inducant ſymoniam que faciat nō tenere ꝓmotionem ſed ſufficit ꝙ agat penitentiam. c. fi. de ſymo. et eſt text. in. c. tua de ſymo. vbi Jo. an. tenet ꝙ in om̄ibus ſola intentio nō inducit ſymoniā niſi mentalē ꝓut etiā littera innuit Sequit̄ archi. flor. parte. 2. ti. i. c. v. §. 4. adducēs directoriū iuris. d. ꝙ preces quandoqȝ inducunt ſymoniam nō tn̄ punitur in iudicio eccleſie vel cenſura eccleſiaſtica niſi interueniat pactio vel aliqua cōuentio cōcordatis ray. in ſūma ſepi⁹ alle. Qui ſcit inquit vel credit cōferentem eidem cōtuliſſe ordinē vel beneficium principaliter propter obſequia ſiue preces carnales a ſe vel ab alio īterpoſitas credo ꝙ ſi erat indignus debeat reſignare quia tunc ſuccedunt preces loco precij Alioquin ſi erat dignus nō tenetur ſȝ debet penitere de corrupta intentione. i. q. i. ſunt non nulli et c. fi. de ſymo. Sequit̄ eum ibidē guil. qui ſuper verbo ſi erat indignus exponit vel ſuppler ex alio crimine q̄m ſymonia Jdem tenet vl. et aſtenſis Cū autē hodie ordines vel beneficia raro conferant̄ niſi ad preces qđ papa ſcit ac tolerat ꝓ timoratis ꝯſcientijs videt̄ hec opinio militare. per quā non erit opus ꝓmotos ⁊ ꝓmouentes excōicatos iudicare alijs q̄ȝ penis inuoluere cū eos poſſimus ꝑ magne auctoritatis viros ſaluare.

## Secundū membrum de pena ſymoniacorum in religione.

De pena dero ſymoniacorū in religione. diſtiguit hein. boic. in. c. dilectus. e. ti. aut ſunt laici q̄ in hoc deliquerunt puta filios vl cōſanguineos ſuos ponēdo in religione pecunia mediante Et tales ſunt excōicādi Aut ſunt clerici et puniunt̄ pena depoſitionis vel amiſſionis honoris. c. ad hoc et. c. inſinuatū de ſymo. Aut ſunt religioſi ſymoniace recepti et puniunt̄ pena amiſſionis monaſterij loci et gradus ſm diſ. in. c. q̄m. e. ti. Sed in amiſſione pbende etiā puniri poterūt ſm Jnno. hoc ve

tum ſm hoſt. ⁊ Jo. an. in cōuentu ſed in ergaſculo eſt eis ꝓuidendū Jdem tenet archi. xij. q. ij. abbatibus Aut loquimur de pena amiſſionis habitus et eū nō amittunt nō em̄ ꝓpter monachalem habitum preciū dederunt ſed propter mōaſteriū ſed Jo. de fantaſi. ⁊ archi. i. q. iij. Saluator cōcor. guil. de monte lan. cle. i. de priuil. dicēs ꝙ religioſus delinquēs grauiter nō debet de facto ex monaſterio eijci ſed in carcere eiuſdē recludi ⁊ ſic a ꝯſorcio alioꝝ fratrū eijci. xxxvij. q. i. impudicos ⁊. c. ſi cuſtos et. c. ſi quis Et ſic intelligi debent iura dicētia monachū de mōaſterio eijciendū Sed quid de abbatibus abbatiſſis prioribus ⁊ prioriſſis ac alijs regularibus dicit hein. aut cōſtat de ſymonia p viā accuſatiōis ⁊ puniunt pena depoſitiōis vel amiſſiōnis honoris et monaſterij ſeu loci in monaſterio vt. c. dilectus ⁊. c. qm̄. e. ti. aut cōſtat in modū inquiſitiōis et tunc dioceſanus debet eis iniūgere penitentiā cōpetentē ⁊ donec illam egerint a ſacroꝝ ordinū executione ſuſpendere vt in. c. dilectus ſm hoſt. vel dic ſm gof. ꝙ licet remoueri poſſint abbates ſm iuris rigorē. pōt tamē ſuperior penā moderari cū in hoc ſit arbitrariū. vi. ibi hein. b oic. Jnſup hodie vrbanus. v. in extrauaganti incipit ne in vinea Statuit inhibēs vt a pſonis tam maribus ꝙ͂ mulierib⁹ religionē ingredi volētib⁹ monaſteria in earundē pſonarū acceptione ante vel poſt nulla quecunqꝫ prādia ſiue cenas pecūias iocalia aut res alias etiā ad eccleſiaſticū aut piū vſum deputanda. de cetero directe vel indirecte petere vel exigere quouis mō preſumāt ſed eas pocius cū oīmoda caritate accipiant et in victu ⁊ veſtitu ſicut alias pſonas monaſterioꝝ ſuoꝝ ſincera caritate ptractent illa dūtaxat que ipſe pſone ingrediētes pure et ſponte ac plena libertate omnīqꝫ pactione ceſſante dare vl cōferre eccleſijs aut monaſterijs huiuſmodi voluerit cū graciarū actione licita reputari Subiungit Nos em̄ ſi ſec⁹ egerint ſingulares pſonas dantes et recipiētes hmōdi excōicatiōis vīculo innodamus Capl'a aut conuentus ſuſpenſionis ſententijs decernimus ſubiacere a quib us p̄ter in mortis articulo abſolui nequeāt abſqꝫ ſe. ap. licentia ſpēali hec ille Ex hac cōſtitutiōe patet ꝙ religioſi q̄ ſua ſtatuta vel conſuetudi nes de dandis ante vel poſt receptionem pacto vel cōpulſu recipiūt ſymoniam cōmittunt ⁊ excōicationē incurrunt. a qua nō poſſunt p̄ter in mortꝫ articulo abſolui niſi de ſpeciali licentia pape. dicit tn̄ archi. floꝛ. ſe audiſſe a Mar. papa. v. ꝙ nō volebat has pſonas incurrere p̄dictas cenſuras ꝓpter dotes q̄ dant monialibus p ingreſſu monaſterioꝝ vt refert baptiſta in ſūma de ſymo. v. vbi dicit eſſe No-

tandũ ꝙ pro ingreſſu religionis
monachorũ ſeu monialiũ nõ licet
aliquid exigere vel accipere quaſi
preciũ. ſponte tñ oblata quãtacũ-
qꝫ ſint nõ interueniẽte aliqua cor-
rupta intentione licet recipere in
hoc oĩs concor. i. q. ij. ſicut epm.
Et premiſſa intelligenda ſunt de
ſymonia ꝯuencionali Nã in hijs
mentalis ſymonia ſicut in alijs ſo
la penitentia aboleť abſqꝫ reſigna
tione acceptorũ nec etiã per eam
incurritur aliqua cenſura eccleſi-
ſtica tex. ad litterã i. c. fi. eo. ti. pu
ta ſi qͤs monaſterio bona ſua of-
fert ſine pacto hac tamen intenti
one ſcilicet ꝙ per hoc adipiſci poſ
ſit ſpiritualia aliter nõ daturus.
nec etiã aliter monachi recepiſſẽt
cum tales ſymoniã incurrũt men
talem nec ille receptus teneť renũ
ciare nec recipientes teneẽť recepta
cuiqꝫ reſtituere Idem ſi ſine pacto
et ſola affectione animi obſequia
quis preſtaret aut ad preces reci-
pereť per rõnes in precedẽti mem-
bro deductas in tali enim ſymo-
nia nõ videntur habere locũ pene
in extrauaganti vrbani. v. et etiã
aliorũ pontificum. concor. ſatis
wil. ray. s. tho. archi. flor. aſtaxa-
nus de quo etiã videre poteris ali
quid ſupra parte. i. notabili. vij.
Michi videť etiam ꝙ pene ſupra
in extrauagañ. Mar. v. ⁊ pij. Eu
genij ac aliorũ de quibꝰ ſupra mẽ
tionẽ feci locũ ſibi vendicent in
regularibus volunt eñ ꝙ electio
nes poſtulationes confirmatiões
et queuis ꝓuiſiões ſymoniace ec-
cleſiarũ monaſterioꝝ dignitatum
officiorũ et beneficiorũ quorum-
cunqꝫ facte nulle ſint ipſo iure ⁊ ꝙ
dantes ac recipientes ſymoniace
ſint excõmunicati ⁊c. cõſulo ergo
vt inſpiciantur ab hijs quos tan
gunt. ne ꝓmptũ in periculũ ſinci-
dant. habita temen differẽtia de
mentali vt dictum eſt. a cõuentio
nali ſymonia.

## Tertium membrum de pena ſymoniacorũ in alijs ſacramẽtis ab ordine et beneficio.

Tertiũ membrũ

DE pena ſy-
moniacorũ in alijs ſacra
mentis ab ordine tenet
hein. boic. Qꝫ tales ſymõiaci om
nes ſint ipſo iure ſuſpenſi quo ad
ſe ⁊ quo ad alios ⁊ ſic ſint irregu-
lares et a ſolo papa poſſit cum eis
diſpenſari nec refert ſm eũ an ſit
ſymonia cõuentionalis aut men-
talis vñ de in. c. poſt tranſlatiõm
§. rurſus de renunc. ita cõcludit
ſymoniacus inquit in alijs ſacra
mentis eccleſie Si ſymonia eſt cõ
miſſa per ipſum vel eo ſciente ⁊ ta
cite conſenciente vel eo poſtea ra-
tificante tunc nullus niſi papa po
terit cum eo diſpenſare nec in or-
dine nec in beneficio alle. c. q̀ ſtu-
det. i. q. i. et ꝑ totũ Et merito ſm
cum Nam ex quo cũ ſymoniaco

ſcienter in ordine ſolus papa diſpenſat ⁊ nō alius multo forcius ſolus papa diſpenſare poterit cū ſymoniaco in corpe xp̄i qđ eſt maius ſacramentū in eſſe et in ſacramēto baptiſmi qđ eſt maius in effectu et ea dē rōe vel ſimili in alijs ſacramentis que et ſi facto nō ſūt maiora ordine ſaltē ſunt equalia ar. de tranſac. p̄la. c. inter corporalis. Si vero eo ignorante cōmiſſa ſit nec in aliquo ꝯſentiente tūc poteſt ep̄us cum eo diſpenſare in ordine et beneficio imo forte diſpenſatio nō eſt neceſſaria cum talis nō ſit ſymoniacus ar. c. ꝺ ſymoniace. e. ti. Et hec extēdit etiā vt dixi ad ſymoniā mentalē Nā prope finem diſtinctiōis Quero inquit de ſymonia mentali. et rūdet ꝙ talis ſine diſpenſatione aliqua per ſolam penitentiā abolet c. fi. de ſymo. fallit. inquit in ſymonia cōmiſſa in ſacramentis qꝛ in illis ſymonia mentalis habet effectum ꝯuentiōalis vt no. hoſt. in alle. c. fi. et ibi ipſe idem tenet. hec opinio eſt dura imo periculoſa. Nam vt ſic adminiſtrās ſacramentum eucariſtie cōfeſſiōis. extreme vnctionis et ſic de alijs ſpe obtinende pecunie. etiā ſine omni pactione aut cōuentione irregularitatem incurrit a qua nō pōt niſi a papa liberari nec executionē ordinis habet nec fructus beneficij ſuos facit.

¶Primus. §. Irregularitas proueniens a peccato eſt a iure poſitiuo.

Quare aduertendum Qꝛ omnis irreglaritas a peccato ꝓueniens eſt introducta de iure poſitiuo ſm̄ Innoc. in. c. Niſi de renunc. et doct. poſt eū in. c. ex tenore de temp. or. ec. l. di. c. ponderet. c. quia tua. c. dn̄o cum ſe. vnde ſm̄. l. et euangelium omnis criminoſus poſt penitentiam poteſt celebrare vt prius abſq; diſpenſatione predictis iuribus Uerum. s. patres inuenientes plures agere ſimulatā pecuniam et ꝙ ſcandala ex hoc oriebantur induxerūt penas et cenſuras aliquando ſuſpenſionis aliquando excōmunicationis aliquando irregularitatis et hmōdi de q̄b⁹ doc. in alle. iuribus ⁊ in. c. ex tenore ⁊. c. q̄ſitū de tēp. or. Ex hijs aliq̄ regl'e fuerūt collecte ſm̄ ap. pe. hoſt. ray. et alios eoꝝ ſeq̄ces. pria eſt talis Nullū crimē mediocre et occultū īpetit poſt pn̄iam miſtrare Secūda regl'a De crimē mediocre ⁊ notorium facit hoīem irregularem ꝙ etiā pn̄ia pacta ſine diſpenſatiōe nō pōt miſtrare alle. c. q̄ſitū de temp. or. Tercia regl'a oē crimē enorme ipedit ordinis executionē ⁊ ad ſuperiores aſcendere. Eſt aūt crimē mediocre adulteriū piuriū falſū teſtimoniū furtū et ſil'ia Enormia ꝟo crimina multo ſunt hijs grauiora et aliqua enumerantūr in glo. c. Niſi. §. ꝑpter

Regule q̄dā antiquoꝝ

conſcientiā derenunc. puta hereſis homicidiū d quo in. c. queſitū ſimonia et nōnulla alia per doct. ibidē poſt hoſt. et ſpecu. deducta Et ex hac forte tertia rgl'a fūdatſe hein. hoīc. vult eīm ꝙ ſymōia in ſacramentis cōmiſſa etiā occulte vel mentaliter ſit enorme crimen impediēs ordinis executionē etiā poſt pactā penitentiā Sꝫ bern. in alle. c. ex tenore tenet ꝙ enorme crimen et occultū cōmittens per acta penitentia poſſit officio ſuo vti ſine diſpenſatione per tex. c. ex tenore Idem tenet inno. d. In tali occulto ſufficit abſolutio preſbiteri ſine diſpenſatione niſi ſit homicidiū aut aliud crimen qđ ipedit ordinis executionē poſt peractam penitentiam.

## ¶ Secundus. §. Que ſint crimīa que poſt peractā penitentiam impediunt ordinis executionē.

**Que autem** ſint ita enormia ꝙ peracta pnīa impediūt ꝛc. tex. in. c. queſitum ponit homicidium et tex. in. c. inquiſitionis de accu. addit ſymoniā in ordine vel beneficio retēto cōcor. in hoc Inno. et antho. de buſ. dicētes ꝙ ea crimina impediāt ordinis executionē poſt pactā penitētiā de quibus apparet in iure ſuſpenſio indicta vel ſm car. in. c. queſitū qñcunqꝫ in iure eſt expreſſum de crimine ꝙ etiā poſt peractā penitentiam tales non poſſint in ordine miniſtrare vnde ſm antho. Enormia crimina que ita impediūt ordinis executionē ſiue ſint manifeſta ſiue occulta irregularitatē inducunt Enormia vero alia de quibus nō eſt expreſſum ꝙ cauſent irregularitatē aut ſuſpenſionē. iſta ſi ſunt manifeſta impediunt. Si vero ſunt occulta tūc poſt pactā penitentiā nō impediunt ordinis executiōez. Sunt aūt enormia ꝛ de quibus expreſſum eſt ꝙ impediunt ſimoniā in ordine. ꝛ in beneficio quo ad retentionem ita reſtringunt cōiter doc. iuxta. c. inquiſitionis de accu. Item homicidium. c. queſitū de temp. or. Itē omne delictū qđ irrogat infamiā ciuilem. iij. q. vij. §. porro. Item crimen excōicatōis interdicti aut ſuſpenſi in cōtemptū clauiū ſe faciens ordinari de ſen. excō. cū illorum vel celebrātis poſt illa. xi. q. iij. ſi quis interdictū pape nō ſeruantis de exceſ. prela. tanta heretic⁹ in crimīe hereſis de pur. can. c. Inter. vel ei ſacramēta miſtrās de here. excōicamus Item omne crimen graue et notoriū. c. fi. de temp. or. vtens officio aſſiſſinorꝫ de homici. lib. vi. ꝓhumani et ſi qua ſunt alia de quibus expreſſū eſt in iure ꝙ ſine diſpenſatiōe etiā peracta penitentia nō poſſit quis celebrare. Secundū hanc opini. Bern. Inno. buſ. car. Simoniacus occult⁹ in alijs q̄m in ordine vel beneficio nō caret executione

q̄ꝛ hoc in iure nõ expreſſum c. Is qui de ſentẽ. exco. li. vj. vbi tex. ꝙ irregularitas nõ ꝯtrahitur niſi vbi inuenit in iure expreſſum ſa. tex. in alle. c. Inquiſitõis vbi expmit de ſymonia in ordie ꝛ bñficio. Et licet tex. in c. pter h. xxxij di. ſimpliciter dicat officiũ ſimoniacoꝝ et in fornicatiõe iacentiũ ſcicter nõ recipiatꝫ glo. tñ intelligit de ſymoniaco notorio. et nõ de occulto. niſi ſit ſymoiac⁹ in ordine ꝛ ſequũtur cõiter doc. Ita etiã in glo. in c. Niſi cũ pdem de renunc. vbi facit mentõem de ſymonia intelligit in ordine vel beneficio. quo ad retentõꝫ ſm Jo. an. Innoc. ꝛ plures alios de hoc Arch. in c. pter hec vbi alle. in §. veꝝ opiniones Alij inqt dicũt ꝙ omis ſymoiac⁹ eſt ſuſpẽſus quo ad ſe ꝛ alios ſed nõ bene dicunt. Nam licet quis cõmittat ſymoniam non eo ipo perdit executionem niſi ſit ſymoniacus in ordine ſm Jo. et vinc. Hec ille. de h etiam ſupra pte. j. notabili. octauo. §. dignus. Ex hijs omibus ſeqtur Q. hein. boic. nimis diffuſe loquitur

**Ponuntur. v. caſus ſeu concluſiones.**

Et q̄ꝛ quottidie illa occurrũt ponã aliquos caſus. Prim⁹ eſt

Prim⁹ caſus ſeu cõcluſio pma

Q. dans aut recipiens aliqd in ſacramẽtoꝝ collatõne ptextu laudabilis ꝯſuetudinis. ſymoniam nõ incurrit. Iuxta intellectũ cõmunẽ doc. in c. ad apoſtolicã de ſymonia. Secund⁹ caſus licet gratis adminiſtranda ſint ſacramenta. tñ admiſtrator pt recipe volũtarie oblata. nec in hoc committit ſymonia c. null⁹ c. quidqd c. placuit cum ſi. et c. ſicut. j. q. ij. vbi Greg⁹ in regiſtro. Terci⁹ caſus licet pces p ordinib⁹ interueniẽtes aliqñ ſymoniã inducãt ſecus tamẽ eſt in alijs ſacramẽtꝫ Tenet arch. florẽ. in ſũma pte. 2. ti. j. §. v. poſtq̄ꝫ dixit de ſymonia ex pcibus ſubiũgit p ſacramẽtis vero vl' alijs ſpũalib⁹ nõ repitur phibitũ pces porrigere p ſe ſi ſit dignus. Idem tenet baptiſta in ſũma ſua. Et eſt rõnabile dictũ q̄ꝛ ſacramenta. raro admiſtrant niſi ad pces. cur autẽ adiecerit ſi ſit dignus. dubito d qua dignitate loquatur. quia rari veniũt p penitẽtia niſi peccatores videmus etiã ꝙ curat⁹ in publico petenti ſacram eucariſtiam dato ꝙ ſciat eũ pctõrem. nõ negabit ſacmentũ. niſi pctm̃ eſſet publicum. vnde credo. ꝙ humiles preces p ſacramẽtꝫ illis porrecte ſeu exaudite nõ inducant ſymoniam niſi corrupta intẽtio interueniret. q̄ꝛ ex pcibus quis intenderet ſe obligare ad aliqd tpale vel ecõtra ꝯferens ſolo fauore vel ob laudẽ humanã ductus ſacra ꝯferret tales enim ſymoniã mentalẽ incurrerẽt. de hoc tex. in c. Nemo vbi habetur eſſe ſimoniacum fauore celare peccatorem vel recõciliare ante penitentiã aut a recõciliatꝫ

Secundus

Tercius

one remouere. quod enim eſt iu-ſtum et honeſtum nõ debet exer-ceri fauore ꝓuate amicicie vel cõ ſanguinitatꝫ aut ex odio negari in talib⁹. Quartus caſus eſt. Si quis ſine pactõne vel exacti one ↄfert ſacramenta puta euca-riſtiã aut extremã vnctõnem aut dicit miſſam ꝓncipaliter qꝛ ſpe-rat ꝓpter hoc ſe habiturum pe-cuniã Et ſimiliter qui dat aliq̄d tempale ſine pacto. principaliter tamẽ vt recipiat ſpũale puta eu-cariſtiã abſolutõem aut aliud ſa cramentũ talis ↄmittit ſymoniã mẽtalem tantũ licet Inno. hoſt. ꝛ plures aliꝫ dicant. ꝙ talis ſimo nia mentalis habet effectũ ↄuen tionalis cum ſit de hĳs que ſunt ꝓhibita qꝛ ſymoiaca. et ſic ↄtra ius diuinũ ↄmiſſa. tenetur ergo ad reſignatõem ꝑceptoꝝ ꝛ incur rit cenſuras eccleſiaſticas cõtra ſymoniacos ꝓmulgatas, de quo poſt alios hein. boic in alle. c. fi. ꝺ ſymo. et in c. poſt tranſlatiõem in. §. rurſus de renunc. Sed cõ trariũ determinat arch. floꝛẽ. in ſũma pte. 2. ti. j. c. iiij. ꝛ. v. vbi ita tenet Si ſine pactõne inquit vl' exactiõe quis ↄfert ſacrm aliqꝺ puta audit ↄfeſſiõꝫ celebrat miſ ſam ↄfert eucariſtiã ꝛ ſic de aliĳs ꝓncipaliter ea intentõe qꝛ ſperat ſe ꝓpter hoc habiturũ pecuniã Sil'r qui dat tpale ꝓncipaliter ea intentõe vt eucariſtiã vel ſac-mentũ aliud ↄſequaꝛ ſimoniã cõ mittit mẽtalem. q̄ graue peccatũ moꝛtale eſt ſed ſola penitẽtia tol litur. nec cenſuras incurrit aliq̄s alle. c. fina. ꝺ ſymo. Et facit tex. in c. tua e. ti. vbi Jo. an. idem te-net. ſequitur roſella et Angelus quo ad cenſuras eccleſiaſticas ſa tis expreſſe tenet Guil. ſup ray. in ſumma de ſymo. d. ꝙ in hĳs q̄ ſunt ſymoniaca de iure diuino. puta ſunt ꝓhibita qꝛ ſymoniaca ſufficit voluntas ad introducen dum peccatum ſed nõ ſufficit ad introducendã irregularitatẽ niſi ꝓgrediatur ad actum paciſcẽdi Idem in foꝛma refert Archi. in c. q̄cunqꝫ. j. q. j. ipſe quoqꝫ Ray. idem tenet. Qui ſcit inquit vel credit ↄferentẽ eidem ↄtuliſſe oꝛ dinem ꝓncipaliter ꝓpter obſeq̄a vl' ꝓces carnales ſi eſt dignus nõ teneꝛ reſignare ſꝫ debet penitere de intentõne coꝛrupta c. fi. ꝺ ſy-mo. ſeq̄tur ray. guil. qui ſup ꝟbo ſi eſt indign⁹ ſupplet. ex alio cri-mine q̄ꝫ ſymonia. nã Raymũd⁹ dicebat ſi talis eſt indign⁹ credit eum reſignare debere. ſi dignus non. ſequitur guil. vl. ꝛ aſteñ. in ſumma. ꝛ ſanct⁹ Tho. 2. 2. q. c. in diſtincte ↄcludit licet inquit ſo-la voluntas faciat ſymoniacũ tã lis tñ quo ad penã eccleſiaſticam exterioꝛẽ nõ punitur vt ſymoni-acus nec renunciare teneꝛ ſed de mala intentõne penitere. Et hec opinio benignioꝛ eſt ĩdo ample-ctenda vel ob hoc ꝙ ↄtra ſymoni acos cenſure eccleſiaſtice de iure poſitiuo ſint introducte quo

papa poteſt relaxare. de quo etiã in pce. plura dixi. Quintus caſus. Qui ↄferens vel recipiens temporale ex pacto vel ↄuentiõe pro ſacramẽto aliquo expreſſam ↄmittit ſymoniã que dicitur cõuentionalis talis ſi ſit notorium ſuſpenſus eſt quo ad ſe ⁊ quo ad alios irregularitatẽ incurrit. etiã pacta penitẽtia nõ poteſt celebrare niſi ſecum diſpenſetur. ex hijs que ſupra deduxi ꝑ no. in c. ex tenore ⁊ c. queſitũ de temp. or. Et in hoc credo Hein. boic. in p̄dicto. §. rurſus. bene dicere puta ꝙ nullꝰ niſi papa poſſit cum tali diſpenſare nec in ordine vel beneficio alle. j. q. j. Qui ſtudet ⁊ ꝑ totum adiuncto tex. in. §. In adulterijs in ca. at ſi clericus de iudicijs. Et intelligitur manifeſtum vel notorium tunc quãdo cõſtat ꝑ ſententiã vel ↄfeſſiõem in iure factam vel ꝑ operis euidentiã q̃ nulla poteſt tergiuerſatõne celari ſm doc. limita tamen predicta qñ ſymonia eſt ↄmiſſa eo ſciente ſecus ſi ignorante puta ꝑ patrem vel amicos data eſſet pecunia qꝛ tũc nõ eſt ſuſpẽſus quo ad alios nec quo ad ſe niſi in ordine ⁊ beneficio in q̃ p̄t ep̄s diſpenſare ar. c. d̄ ſymoniace e. ti. imo forte hͦ caſu nõ eſt necc̃ia diſpẽſatio cum talis nõ ſit ſymoiacꝰ ꝓut ibidẽ ꝓbari videt̃ ſm hein. boic. Sꝫ ſi talis ſymonia eſſet occulta Credo ꝙ nõ inducat irregularitatẽ verã aut ſuſpenſionẽ quo ad ſe ⁊

Quintus

De occulta ſymonia.

alios Sola enim ſymonia in ordine vel beneficio poſt pactã penitentiã impedit ordinis executionẽ vel beneficij retentiõem Ita limitat Io. an. poſt Inno. glo. in c. Niſi cũ p̄dem. §. ꝓpter ↄſciaꝫ de renũc. ſeq̄tur d. antho. de ordine eſt glo. in. §. verũ. xxxij. diſ. ⁊ glo. in c. repiunt̃. j. q. j. ⁊ glo. in c. tante d̄ ſymo. ⁊ ibi Inno. hoſt. Io. an. panor. et cõiter ſequũtur omnes ſũmiſte. hoc eſt qd̄ Bern̄ poſt tex. in ca. ex tenore de temp. or. d̄t Qui ↄmittẽs enorme pct̃m ⁊ occultũ pnīa acta poterit officio ſuo vti et ad maiores ordies aſcendere. Et putat Inno. ibi ꝙ hoc poſſit ſine pctõ c. ij. de appo. et ſine diſpenſatiõe qꝛ ſufficit abſolutio ſacerdotꝭ ex ptãte clauiũ ar. vj. q. j. illi. Et Io. an. ibi Si crimen occultum ſit quãtũcunqꝫ graue acta penitentia vel pte eiꝰ etiam ſine diſpenſatõne celebrabit. limitant niſi ſit tale quod pꝰ penitentiã impedit ordinis executionem. Unde nõ ſequitur ſymoniam cõmiſit ergo eſt ſuſpenſus q̃ ad ſe ⁊ q̃ ad alios. de quo arch. in. §. vex. xxxij. diſ. Alij in q̄t dicũt ꝙ omīs ſymoniacꝰ eſt ſuſpenſus ſed nõ bene dicũt Nam licet q̄s ↄmittat ſymoniã non eo ipſo ꝑdit executõnem niſi ſit ſymoniacus in ordine ſm Ioh̄. et Uinc. Ita tenent ↄmuniter doctores. ꝙ ſymoniacus occultꝰ in bñficio ꝓpe nõ eſt ſuſpẽſus nec irregularis ſm antiqua iura. vñ

licite celebrat poſt pniam. Sed beneficium ſymoniace obtentū non pt retinere. nec eo retento pt verā pniam agere ꝑ glo. ꝛ cōiter doc. in c. tanta ꝺ ſymo. Nec mi-retur quis, qꝛ ſatis eſt ꝙ iure nō caueł ꝙ incurrat ſuſpenſiōꝫ quo ad ſe ꝛ quo ad alios. immo papa poſſet canonem facere ꝙ ꝗlibet a ſymoniaco occulto poſſet ordies recipe. tenet Jo. an. poſt Inno. ꝛ hoſt. in c. ꝑ tuas. ij. de ſymo. Cū ḡ nō inueniaƚ in iure ꝙ ſymoniacus in alijs ſacramētis ab ordie ſit irregularis aut ſuſpēſus. dum mō ſymonia eſt occulta. credim⁹ talē poſt pactam pniam executionē ordinū hr̄e etiā ſine diſpenſa-tōe Si q̄s aūt obijceret ꝺ extra-uagāte Mar. v. incipit multe q̄ ſimoniacos oēs videƚ excōicare quā plus extendit ad oēm occultū ſimoniacū in extrauagan̄ dā-nabile Rn̄deƚ ꝙ loquūƚ ꝺ ſimoniacis in ordine vel bn̄ficio tm̄. Alij ꝟo ſimoniaci nō ſūt excōicati Ita tenet angel⁹ i ſūma ſymo. vj. ꝛ baptiſta in roſella Et pt eſſe rō ꝙ declaratiue ſunt veteris iuris vt in pce. dixi. Et tantū de ſymonia ꝯuētionali maīfeſta ꝛ oc-culta. Et dr̄ ꝯuētionalis nō ſolū ſi ꝯuentio vel pactio tpaliū ad ſacramēta interueniat. ſꝫ etiā ſi in-tueniat exactō puta ſacerdos nō vult penitentē abſoluere. aut cō-municare aut egroto petenti ex-tremā vnctōeꝫ dare aut baptiſare ꝛ ſic ꝺ alijs niſi detur pecunia

Cōuentionalis ſimonia

talis ſimonia ſi ſit manifeſta in-ducit irregularitatē ꝛ ſi ꝯuincaƚ in iudicio incurrit infamiam. deponitur etiā vel bn̄ficio ꝓuatur ꝺ ſimo. c. de hoc c. inſinuatū c. ex diligenti ꝛ ibi de infamia c. dilectus fili⁹ c. ſicut ꝓ certo cū multꝫ ſimilib⁹. Si tale crimen occultū eſt grauiſſimū pctm̄ ꝯmittit penitentiā etiā agere nō pōt niſi reſtituat vel reſigneƚ tpalia adq̄ſita q̄ facto pacta pnia celebrare poteſt ꝛ officiū ſuū exequi. ſic de ſimoīa occulta in bn̄ficio dr ar. j. q. iij. c. j. ꝛ. ij. ca. ex tenore. ꝛ c. queſitū de tēp. or. Mꝫ aūt doc. tenēt ſimoniacū in bn̄ficio occultū nō eſſe ſu-ſpēſum vt ſupra deduxi. hoc ho-die mutatum eſt ꝑ extrauagan̄. Mar. v. pij et ſequentiū pontificum ꝑ quos ſimoniaci in benefi-cijs etiam occulti ſuſpenſi ſed etiam excōicati declaranƚ. que tn̄ ꝺ-claratio nō extendit ſe ad alios ſimoniacos. circa quos nihil in-nouatū eſſe videƚ. ſm angelum ꝛ roſellū in ſummis vt ſepe dixi. recurre etiam ad ea que ſcripſi ſup parte. 2. Prima doctrina et etiā in. §. adde. quod ſequitur quartam doctrinam. videtur enim a-liud eſſe vendere vel emere ſacramenta et aliud aliquid dare aut recipere non animo vendēdi aut emendi ſacramentum. ſed ani-mo remunerandi. In quo cogi-ta quia dignus eſt mercenarius cibo ſuo.

# De pena circa alia ſpũalia

De pena circa alia ſpiritualia.

Quartũ membꝛ.

De ſymonia quoqꝫ cõmiſſa circa alia ſpiritualia vt. in cimiterij cõſecratõne in ſacroꝝ vaſorum vel veſtimentoꝝ benedictõne. in exequijs mortuoꝝ in benedictõe nubentiũ. in chriſmatis venditõne in benedictõne aque et panis vel ſalis. ſepulturis ꝛ ſimilibus Credo ꝙ ſi in hijs interueniat ſimonia mentalis tantũ tunc habeat locum c. fi. de ſimo. ſufficiatqꝫ penitentia abſqꝫ reſignatõe acceptorum ex hijs que pro et ꝯtra in pce. membro ſunt adducta. Si vero ſimonia interueniat ꝯuentionalis Tũc ſi ſit occultũ a maiori ꝯteꝝ videtur ſufficere pnia de pctõ ꝑ theoricã Berñ. ꝛ alióꝝ in c. ex tenore de temp. or. ꝙ crimen enorme et occultum poſt pniam nõ impedit ordinis executõem. nec aliter ex tali crimie ſuſpẽſus eſt. q̃m ꝑ mortali crimine ꝛ enormi. Jn hoc tñ differẽtia eſt inter ſimoniã ꝯuentionalẽ licet occultam ꝛ mentalẽ. ꝙ illa obligat ad reſignatõꝫ adquiſitoꝝ. alias eñ vera pnia non agitur. xiiij. q. vj. Si res Mentalis ꝓo nõ ita obligat c. mãdato de ſimo. Si ꝓo Cõuẽtionalis ſymonia in talib9 eſt maifeſta tũc credo talẽ ſuſpẽſum eſſe quo ad ſe ꝛ quo ad alioſ Ex theorica in c. ex tenore tradita. Qꝛ omne crimẽ enorme ꝛ manifeſtũ impedit ordinis executionem etiã p9 pniam fa. c. ſi de tẽp. or. vnde eget diſpenſatõe. Et dicunt cõiter doc. ꝙ ſup tali ſymonia in p̃dictis cõmiſſa poſſit eps diſpẽſare p9 pactã pniam. tñ nõ ſit ꝓhibitũ de ſen. excõi. nup. vt no. gof. ꝛ hoſt. Spe. ti. ð legato §. nũc oñdendũ ꝟ. xxiiij. ꝟ Sed nunquid diſpenſat Et glo. ſup Ray. Arch. in c. ſtatuim9. j. q. j. facit c. ſua ꝛ qð no. Berñ. in gloſa fi. ꝛ pe. refert Joh. de ymo. in ca. poſt tranſlatiõem de renunc. ſup verbo nequeat. ſubdit tamẽ ꝙ nõ eſt ſine dubitatõe qꝛ ꝑ hoc incidim9 in illud dubiũ. an epus poſſit diſpenſare in caſib9 in q̃bꝫ nõ repitur ꝓhibitũ. de quo in c. dilect9 ð tẽp. or. vide infra de penitentia. §. vltimo

De ſymonia in ordine vel beneficio.

Sequitur de penitẽtia ſymoniacoꝝ. Et ꝓmo de ſymoniacis in ordine vł bñficio. Tales enim ſiue occulta ſit ſymonia eoꝝ ſiue maifeſtã hodie ꝑ extrauagantẽ Mar. v. Eugenij. iiij. Pij. ij. Pauli ꝛ Sixti oẽs ſunt excõicati. ꝛ quo ad ſe et alios ſuſpenſi ꝛ ſic executõem ordinũ nullã hñt ordinati. nullum ius in beneficijs hñt pñt bñficiati fruct9 ſuos nõ faciũt. alias etiã iuris penas incurrunt abſolutio ſeu relaxatio cenſurarũ ꝛ penaꝝ

predictarum reſeruata eſt ſũmo
pontifici pro tempꝫ. Ita ꝙ tales
a nullo alio quantũcunqꝫ penite
ant poſſunt abſolui aut reconci
liari. preterq̃ꝫ in mortis articulo
dato etiã ꝙ papa ↄmiſſionẽ face
ret aut alicui facultatẽ daret ab
ſoluẽdi ab omni crimine aut cen
ſura eccleſiaſtica Symoniaci ta
men tales ꝑtextu hui⁹ nõ poſſent
abſolui niſi in eiſdem facultati-
bus expreſſa fieret mentio de ſy-
monia ⁊ eius abſolutõne ſpecia-
liter. Nec ſolũ excõmunicati ſũt
ſymoniaci. ſed etiã mediatores
⁊ ꝓcuratores quorum abſolutio
etiã reſeruata eſt roma. pontifici
Ꝗꝛ ſi quis ſciat aliquos ſymoni
am hmõi cõmiſiſſe. mediatores
aut ꝓcuratores fuiſſe ⁊ nõ reue-
lauerit pontifici aut camerario
ꝑ ſe vel alios q̃m citius potuerit
excõmunicatõem incurrit. a qua
abſolui nõ poterit donec reuelet
Hec in longũ videre poteris in
ſũmis quib⁹ inſeruntꝰ extuagãtes
mẽtionate. Et poĩt piſanella ad
finẽ. Et qꝛ horrendũ eſt talia au
dire. Cũ talis rigor in corꝑe iurꝫ
nõ inueniatꝰ exꝑſſus ab antiq̃. nec
eaꝝ ↄſtitutionũ Panor. late ſcri
bẽs ſuꝑ titulo de ſymoĩa memi-
nit. q̃ tñ p⁹ ↄciliũ ↄſtañ. ſcripſit.
In q̃ ↄcilio Martin⁹ papa ſuas
extrauagantes ꝓmulgauit. qͦ
ſatis videtur mirũ Sed qꝛ reꝑi
untur apud ſummiſtas moderni
ores ſuntqꝫ renouate ꝑ ſucceden
tes ponfices. Ita ꝙ nemo poteſt
hodie ignorantiã eaꝝ pretẽdere.
Solũ id reſtat gr̃e ꝙ nõ vidẽ
tur ſe ad oẽm ſymoniã extẽdere.
vñ Angel⁹ in ſũma ſua de ſymo-
nia. vj. §. ix. Tene inq̇t ꝙ oẽs ſy-
moniaci in ordĩe et bñficio ſolũ
ſunt excõicati. Alij ꝟo ſymoĩaci
nõ. nec te moueãt ↄſtitutões iſte
aut iura antiq̃ vt c. reꝑiuntꝰ c. pla
cuit. c. q̇cũqꝫ. j. q. j. c. ex multꝫ. i. q
iij. qꝛ loquuntꝰ de ordĩe et bñficõ
Alij autem ſymoniaci penas cõ-
tra ipſos a iure latas. incurrunt
ꝓut de hijs dictum eſt ⁊ dicetur
Et hoc idem qͦ tenet Angelus
baptiſta in ſua roſella ti. de ſimo
nia approbat. ☞ Secundo
dicit idem Angelus et ſimiliter
Baptiſta Notandum ꝙ quan-
do ſymonia eſt tãtum mentalis
ſine omni pactõne ꝙ non ligatur
quis aliqua predictaꝝ penarum
Illud expreſſe tenet Archi. florẽ
in ſumma in. ij. parte ti. j. c. iiij. §
v. Si ſine pactione inquit vel ex
actiõe quis confert ordinem vel
beneficium aut aliud ſpirituale
hac intentione vt propter illud
recipiat temporale. Et ſimiliter
qui dat temporale ꝑ̇ncipaliter vt
recipiat ſpũale puta eucariſtiã or
dinẽ ſacrũ beneficiũ vterqꝫ ſimo
niã ↄmittit. mentalẽ tñ q̃ graue
mortale crimẽ eſt. Sola tñ pnĩa
tollitꝰ c. fi. de ſymo. ⁊ ſic intelligit
de hijs etiã q̃ ſunt ꝓhibita qꝛ ſy
moĩaca. ꝓut de h̃ ⁊ ꝑcedẽti ſimo
nia ſcripſi ſ̃ in ꝑ̇ma ꝑte c. v. ↄclu
ſione. ij. ⁊ in hac. iij. ꝑte in ꝑ̇n°. §

Sꝫ an extrauagātes. ⁊ de pena
ſymoniacoꝝ in aliꝭs ſacramētis
ibi latiꝰ poteris videre Tercio
notandū ꝙ idē Angelꝰ credit cō
ſtitutiōes de nō reuelātibꝰ nō li/
gare ſed abrogatas eſſe per non
vſum.

☞ De pnia ꝟo ſymoniacoꝝ
in ordie vel bn̄ficio q̄s inuoluūt
iura ⁊ p̄dicte extrauagātes Cū a
ſolo papa poſſint abſolui. qꝛ ca/
rent executōe ordinū. male occu/
pant bn̄ficia. excōicati ſūt fructꝰ
ex bn̄ficiꝭs ⁊ ſpūalibꝫ q̄ſitos reſti
tuere tenent. ꝯſulendū ē eis ꝙ ad
romanū pontificē recurrāt qꝛ da
to ꝙ dimittāt libere bn̄ficia. ⁊ ꝙ
ordines nō exequant nec ſpūalia
admīſtrēt excōicati ſunt Jō ante
abſolutōez pniam verā de pctis
agere nō pn̄t vt eſt cōis opio ma
nēte excōicatōe abſolui a pctō nō
poteſt ar. c. illi. vj. q. j.

## De mortis articulo

In articulo ꝟo mortꝭ ꝯſtituti ex
q̄ nō pn̄t adire papā abſolui pn̄t
a q̄libet ſacerdote c. nō dubiū de
ſen. exco. quē penitet ꝺ peni. di. j
imo ſi nō poſſent h̄re ſacerdotē.
laicꝰ ſm aliq̄s ab excōicatōe poſ/
ſet abſoluere ꝺ q̄ glo. i c. paſtoral'
ꝺ offi. or. ⁊ i c. a nob. de ſen. exco.
⁊ vtrobiq; panor. q̄uis laicus a
pctis nō poſſit abſoluere vt ibiꝺ
panor. Si tn̄ ep̄s poſſet h̄ri. ſim
plex ſacerdos nō ꝺbet ſe ꝺ abſol
uēdo intromittere in reſuatꝭ ſm
īnno. Et qꝛ pctm̄ n̄ dimittit niſi
reſtituat ablatū ⁊ iiuſte q̄ſitū cō/
ſtitutꝰ in tali ꝑiculo renūciare de
bet in manu ꝯfeſſoris ſub ꝯdcōe
tn̄ ſi ſuꝑiori placuerit. talis etꝭ lꝫ
titulū nō h̄eat. poſſeſſiōꝫ tn̄ quā
de facto tenet non dꝫ dimittere
ſine licētia eiꝰ q̄ pt ꝯferre ſꝫ a ꝑce
ptōe fructuū ꝺbet abſtinere ſibi
appropriando. cuſtodiat āt ⁊ i vti
litatē eccl'ie expendat ar. c. ea no
ſcit ꝺ ſen. exc. iūcto c. pn̄ti ꝺ offi.
or. li. vj. reſtituat ṗus ꝑcepta. tal'
tn̄ de licētia ſui ꝯfeſſoris ſi pauꝑ
eſt poterit vite nccīa ſtricte reci/
ꝑe ar. lxxxvj. di. nō ſatꝭ. Et q̄rat
qm cito p̄t reſignare. de h̄ hoſt. ⁊
doc. in c. niſi. ꝺ renūc. Et ſūmiſte
in ꝟbo renūciatio Confeſſor ꝟo
debet tali iniūgere vt ſi ꝯualeat
ꝙ mox vt cōmode p̄t ꝺbeat ſe pa
pe p̄ſentare. qꝺ ſi nō faceret i eā
dē excōicatōis ſniaꝫ reincideret c.
eos ꝺ ſen. ex. li. vj. Et qꝺ de reſti
tutiōe fructuū dictū eſt deductꝭ
hꝭs q̄ gr̄a fructuū q̄rendoꝝ ⁊ cō
ſuandoꝝ ⁊ expoſitoꝝ in vtilita/
tē eccleſie ſm omnes intelligitur

☞ Et p̄miſſa ꝟa ſunt vbi cō
miſſa eſt ſymoia ꝯuētional' in or
dine vel bn̄ficio. In mentali ꝟo
ſymoia ſi ꝯmiſſa ſit i bn̄ficio. vel
ordine ſine oi pactōe tal' ſymoni
acꝰ. penas aut cēſuras eccleſiaſti
cas i iure vel p̄dictꝭ extrauagāti
bꝰ exp̄ſſas. nō icurrit ſꝫ ſufficit ei
ꝑ ſolā pniam ſuo ſatiſfacere crea
tori ꝑ tex. i c. vlt. de ſymoia. quē
ita intelligit Aſtēn in ſūma. ⁊ ſeq̄
tur Angelꝰ ⁊ Baptiſta. Et exp̄ſ
ſus Archi. florē. prout in hac ꝑte

de pena ſymō. §. Sed an extra-uagantes in lōgum deduxi cum alle. pro et contra quā opinionē tanq̄ʒ benigniorem ego ſecutus ſum ex rationib⁹ ibi inſertis.

☞ Penitentia de mentali ſymonia.

Licet autem ſola penitentia tollatur mentalis ſymonia. penitentia tamen nō ſolum requirit ꝯtritionem ſed et ꝯfeſſionem nec nō ſatiſfactionē ꝓ peccato inſuꝑ et abſolutōeʒ ſacerdotis. Queſtio eſt quis a tali ſymonia poſſit abſoluere. Reſpondetur ꝙ vbi epiſcopi abſolutionem ſibi a ſymonia reſeruauerūt ſicut cōmuniter faciunt in ſtatutis ſinodalibus nullus inferior de abſolutione talium debet ſe intromittere ꝑ c. ij. de peniten. et remiſſi. in. vj. ꝑ glo. et doct. Remittēdi ergo ſunt ſymoniaci tales ad epiſcopū. preterq̄ʒ in mortis articulo. eo caſu inferior poteſt abſoluere. xxvj. q. vj. c. vlti. ⁊ Innocē. in c. nuper de ſen. excōi. In tali em̄ mortis periculo ſi abſens eſt epiſcopus quilibet ſacerdos abſoluere poteſt penitentē de quocunq̄ʒ peccato quantūcunq̄ʒ graui et reſeruato. Et caſu quo euaderet ꝑiculum mortis non eſt amplius neceſſe ꝙ ſe preſentet epiſcopo. quia hoc ſolum repitur cautum in excōmunicatōne. vt in c. eos ꝺ ſen. excōi. Ita no. baptiſtiana in verbo abſolutō ꝑmo hic in articulo Si quis tamen haberet a ſede apoſtolica facultatē eligēdi ſibi ꝯfeſſorem idoneū qui poſſet eum abſoluere in non reſeruatis peccatis ſedi apoſtolice tunc ſufficeret ſymoniaco mentali confiteri tali. Credo etiam quando epiſcopus concedit abſolutionē in reſeruatis alicui ꝙ ſufficiat tali confiteri ꝑ no. in cap̄. ſi epiſcopo alle. Et ſummiſtas ti. Confeſſor ꝑmo. Credo etiā Si epiſcopus in ſynodo dat ſacerdotib⁹ ſubiectis facultatem ſe inuicem abſoluendi in reſ̄uatis occultis ꝙ tunc tranſeat facultas abſoluendi a tali ſymonia in fauorem ſalutis animaꝝ. xxiiij. q. ij. Si habes ar. ca. Si romanoꝝ. xix. diſt. Dixi autem ꝙ epiſcopus et nō inferior abſoluere poteſt vbi ſibi expreſſe reſeruat .. .. ꝯſolutionem Nam niſi expreſſe ſibi reſ̄uaſſet abſolutionē quilibet idoneus ſacerdos confeſſor penitentem poſſet abſoluere. cum inter reſeruata non enumeretur in. c. ij. de peni. et remiſ. li. vj. dum ſit occultum. Qualis autem penitētia ſeu emenda iniungenda ſit ꝑ ſymonia commiſſa. Credo ꝙ ſit arbitraria c. tempora. xxvj. q. vij c. deus qui de peni. et remiſ. vbi patet ꝙ etiam pro enormi peccato ſimplex ſacerdos penitentiam poteſt iniungere ca. fi. de tempo. ordi. De ſimonia etiam licet grauiſſimū peccatum ſit non reperio canonem penitentialem certam penam imponentē. prout de mul

 

tis alijs criminibus pena pro peccato determinata inuenitur expreſſa.

☞ Q̄ autem preces ſolum inducant mentalem ſymoniam dixi ſupra parte ꝑma ca° octauo .§. Concludo ergo ex premiſſis ꝙ preces.

☞ De penitentia ſymoniacorum in aliis ſacramētis.

Si ſymonia ɔmittatur ĩ alijs ſacramentis ab ordine puto diſtinguendum eſſe. aut ſymonia eſt occulta aut manifeſta. Si occulta credo ex ſupradictis ſuſtinere poſſe ꝙ tales ſymoniaci ſi peniteāt poſſint a ſuo ſacerdote abſolui ex poteſtate clauium. ar. vi. q. j. Illi. niſi epiſcopus ſibi reſeruaſſet abſolutionē prout cōmuniter reſeruant in ſtatutis ſynodalibus. tunc ad ip̄m talis eſſet remittendus ꝑ c. Si epiſcopus. ⁊ Glo. de pe. ⁊ remiſ. li. vj. Ratio autē dicti eſt. ꝙ crimina etiā enormia ſi ſunt occulta non inducunt irregularitatē aut ſuſpenſionē verā. niſi eſſent talia ꝙ etiam poſt ꝑactam penitentiā impedirent ordinum executionem ꝑ c. ex tenore. et c. fi. de tempo. or. Sed hec ſymonia nō eſt talis quia in iure nō cauetur prout in. §. de pena ſymoniacoꝝ in alijs ſacramentis deduxi. ſm Bern. Innoc. Joh. an. Antho. et Car. et cōmuniter ſummiſtas

☞ Eſt tamen ſciēdum ꝙ ad hoc vt agatur vera penitentia exigitur ſymoniace adquiſitorum reſtitutio ſi ſymonia eſt conuentionalis. xvj. q. vj. Si res. Unde ſi ſacerdos aliquid recipit ex cōuentione vel exegit. pro ſacramento eucariſtie aut alterius etiam ſi occultum ſit. penitentiam veram non poteſt agere eo retento. debet ergo reſtituere eccleſie in cuius iniuriam factum ē vel ſaltem pauperibus dare vt aliqui volūt. d̄ ſymo. ſuam. et c. ad hec. ⁊ ca. cum tu. de vſu. cum ibi no. Laici vero qui aliquid ex pacto aut exacti ꝑ adminiſtratōne ſymoniace dederunt. illud amittunt ⁊ cum hoc penam ꝑ crimine cōmiſſo in penitētia ſuſtinebūt ar. c. ſicut ꝑ certo de ſymo. ⁊ c. d̄ hoc e. ti. de ſacramentis ſymoniace collatis habes in c. ꝑ Iſaiam in. §. conſtat. j. q. j. vbi dicitur. ꝙ illi qui quōdam nō niſi precio dato ad ſacri baptiſmi regenerationē nec ad ſancte cōmunionis ꝑticipationē admittebātur niſi ſimoniace tamen nō ideo minus baptiſmi vel ſacri ɔmunionis ꝑticipes reputati ſunt. Et in. §. ſicut hec ſacramenta licet ſimoniace miniſtrentur tamen effectum benedictionis conferunt accipēti qui. §. ſequitur c. baptizādis c. nullus c. quidquid cum ſe. in q̄bus ꝓhibētur ſacramenta adminiſtrari ꝑ pecunia et loquuntur

de ſacramentis neceſſitatis ſaltē large ſumptis vt eſt baptiſmus. ɔfirmatio. penitētia. corpꝰ. xp̄i. extrema vnctio. ꝛ eſt Glo. in. §. notandū. j. q. j. de ſacramēto ꝓo dignitatꝫ vbi ſunt ordines alia ē rō vt in. §. ſeq̄tur. de ſymo. in ordine ſupra dixi. In matrīonio āt licet pecunia interueniat tn̄ non ɔmittit ſymōia glo. in c. q̄dquid alle. ꝛ archi. ibi. Et ſan. tho. 2.2. q. c. datur em̄ in nake officiū ꝛ p̄ ſuſtētandis oneribꝰ p̄ bn̄dictōe aūt dare ex pacto eſt ſymoniacū. Idē ſi praua intentōe detur ꝛc.

## De manifeſta ſymonia in aliis ſacramentis.

I vero ſymonia eſt maifeſta ꝛ cōuentionalis talis ſymoniacꝰ ſuſpēſus eſt q̄ ad ſe et quo ad alios Enormia em̄ crimina et etiā mediocria ſi ſūt maifeſta faciūt hominē irregularē ita ꝙ nec celebrare pt ꝛ executiōem ordinū nō ħt. nec ad ſupiores ordines pt aſcendere ſine diſpēſatōe quātūcunqꝫ peniteat ſm omēs in c. ex tenore ꝛ c. fi. de temp. or. Et ſolus papa p̄t cum tali ſymoniaco diſpenſare in ordine vel bn̄ficio: vt de h̄ p hein. boic in c. poſt tranſlatōeꝫ de renun. quem ita intelligendū puto licet indiſticte loquatur nō faciens differentiā inter occultū et manifeſtū tn̄ in occulto ſecꝰ eſt p tex. in c. ex tenore. ꝛ in ca. fi. de temp. ordi. ꝛ doc. quos ſupra adduxi. ☞ Sed queſtio eſt. an talis ſymoniacus manifeſtꝰ poſſit durante irregularitate ſeu ſuſpenſione. penitentiam agere ꝛ a peccato abſolui. Et videt ꝙ non in c. requiſitis. j. q. vij. cū ſi. Sꝫ ɔtrarium puto verum tex. videt in c. niſi cum p̄dem de renunc. et in c. Inquiſitōis vbi habetur ꝙ aliqua crimina ſunt q̄ etiā pacta penitentia impediunt ordinum executionem. de quibus ſunt omnia crimina notoria c. fi. allega. ex quo ſequitur ꝙ penitētiam agere poſſunt durante ſuſpenſiōe Unde ſacerdos cōferens ſacramentū ſymoiace ſitqꝫ notorium ſi vult abſtinere ab ordinum executione ꝛ a pceptione fructuū beneficij. a quorum pceptione ſuſpenſus eſt in ɔn̄am. reſtituitqꝫ p poſſe ſi quid iniuſte r̄cepit credo ꝙ a ſuo epiſcopo abſolui poſſit a crimie Ita ꝙ reſtituatur gratie. non autē dignitati. vt vult glo. in ca. p̄ſbiter. xv. q. v. et tex. in c. qui vult de pe. diſt. vj. ppe finē in ꝓ. Si vero penitet ibi dicit. Si penitētia poſſit ei adquirere gratiam. non tamen reſtituit in poteſtatem p̄mam. vn̄ Archi. in c. miror l. di. quātūcunqꝫ penitentia abſorbeat peccatū tamē priſtinum ſtatum non reformat. nō em̄ eſt modus tollende irregularitatis ergo penitētia etiam ſi tāta ſit vt latronis ꝙ ſtatim euo

Queſtio notabil'

# in aliis ſacramentis.

laret ād gloriam non tamen ſuf-
ficit ad tollenda m temporālem
penam Idem Lau. et Hug. fa-
Nota cit c. Si quis omnē. j. q. vij. Ex
quo ſequitur ꝙ ſimul ſtare poſ-
ſunt aliquem eſſe ſuſpenſum ab
executione ordinum ⁊ tamen nō
eſſe ſuſpenſum a ꝑceptione ſacra
mentoꝝ niſi in iure aliud eſſet ex
preſſum ar. c. Is qui ꝺ̃ ſen. exco.
li. vj. Suſpenſio enim non egre-
ditur terminos ſnie. ꝭm Hoſti.
⁊ ꝙ ſuſpenſus cōmunicare poſſit
habes Io. in ſūma li. 2. ti. xxxiij.
q. lxxxj. Et Idem in piſanella in
verbo cōmunicare. j. §. Utrum
interdictus Ad c. requiſitis. j. q
vij. Reſpondetur ꝙ loquitur in
ordine ſymoniace recepto et ꝙ ex
penitentia ſola non poteſt retine
re ordinem vel habere executio-
nem ſine diſpenſatōe In caſu no
ſtro ſacerdos ordinē habet et ab
executione ſolum eſt ſuſpenſus.
Eſt bene verum ꝙ per ꝯſequens
etiā eſt ſuſpenſus a beneficio qꝺ̃
datur ꝓpter officium per Glo.
et Panor. in cle. cupiētes de pe.
Et ſequitur ymo. credo etiam ꝙ
ſi non habet aliunde ꝙ pro victu
tātum poſſit fructus ꝑcipere vt
in ſimili ſupra dictū eſt

☞ Et hec intelligenda ſunt
de clericis nā laici recipientes ſa
cramenta ſymoniace licet pecca-
tum ſit notoriū tamen pene ſu-
ſpenſionis ab ordine in eis non
habent locum vnde alias poſſūt
ꝓ crimine emendari per, epiſco-
pum ex quo peccatum grāue eſt
et notorium. vt notat Hoſti. in
c. ſignificauit de peni. et remiſſi.
fa. c. eo. ti. Si tū vellēt ordinari
egere videntur diſpenſatōne.
Predicta omnia ſunt vera ꝭm
opinio. illorum qui tenent nul-
lum ſymoniacum de iure vel ex-
trauagañ eſſe excōmunicatū niſi
ſit ſymoniacus in ordine vel be-
neficio. ꝓut tenet Angel⁹ ⁊ Bap
tiſta in ſummis. ⁊ ego ſecut⁹ ſum
quod videtur ſatis clarum et ꝓ
conſcientijs neceſſarium. Item
de ſymonia mentali in ſacramē-
tis hijs ꝯmiſſis penitētia agi pt
ꝓut ſupra ſcripſi in. §. de ſymo-
nia in ordine in ꝟ. Et premiſſa
vera.

☞ Poſt hec in multis iuribꝫ
cauetur ſymoniacos aliquando
deponendos eſſe aliquando pri-
uandos et ꝙ notantur infamia
hec omnia intelligēda ſunt Si
conuicti fuerint ⁊ tunc refert an
in accuſatione vel an per viam in
quiſitiōnis vnde lata ſententia
ſymoniacus infamis infamia ci
uili efficitur vt de hoc in ca. In-
quiſitōes de accuſa. et de ſymo,
ex diligenti vbi Panormi. tenet
ꝙ ipo facto tales penas alias nō
incurrunt. Sunt alie pene ꝯtra
religioſos. vt in capitulo. Quo-
niam cum ſi. de ſymo. vbi pote-
ris videre ⁊ dixi ſupra.

## De penitentia in aliis ſpeciebus ſymonie.

d E ſymoniacoꝝ in alijs ſpūalib⁹ ſeu ſpēb⁹ pnia putā i cimiterij ꝯſecratōe i ſacrorū vaſoꝝ vel veſtimẽtoꝝ bn̄dictione in exequijs mortuoꝝ ⁊ ſepulturis Jn bn̄dictōe nubentiū. in chriſmatis venditōe Jn bn̄dictione aque panis vel ſalis ⁊ ſil'ib⁹ mioribus ſpēbus ſimonie putat hein. boic in c. poſt trāſlatōem ḋ renū. in vlt. col. ꝙ in talib⁹ poſſit ep̄us diſpēſare poſt pactā pniam cū nō ſit ꝓhibitū. no. gof. ⁊ hoſt. in ſūmis Jdē ſpe. in ti. ḋ lega. §. nunc rn̄dendum ꝟ. xxiiij. recitat Arch. j. q. j. ſtatuim⁹ ꝑ c. nuꝑ de ſen. ex. refert Jo. de imo i dicto c. poſt tranſlatiōꝫ Subdit tn̄ ꝙ nō eſt ſine dubitatōe qꝛ ꝑ ḃ incidim⁹ in illud dubiū an ep̄us poſſit diſpēſare in caſibꝫ Jn q̇b⁹ nō repitur ꝓhibitū de q̇ in c. dilect⁹ de tempo. or. Jlla tn̄ opio doc. ē cōis ⁊ ſequunt̄ cōiter ſummiſte. hein. boic in c. at ſi clerici ḋ iudi. tenet ꝙ vbi canon imponit penā ſuſpēſiōꝫ aut interdicti ⁊ tūc aut pena eſt certo tempe limitata tūc ep̄us non p̄t diſpenſare niſi ei exp̄ſſe ꝯcedat̄ in iure ḋ elec. cum in cūctis. §. clerici c. ſi ꝯpromiſſarius eo ti. li. vj. c. cū eterni. §. ſi q̇s de re iudi. li. vj. aut pena non eſt certo tpe limitata et p̄t ep̄s diſpēſare niſi ꝯtrariū repiatur in iure exp̄ſſum ar. de regu. nō ſolū li. vj et ibi hoſt. ⁊ ſic poteſt intelligi c. dilect⁹ allega. Et videtur ſatis equa diſtinctio ar. c. Nuper de ſen. excōi. Aduertendū tn̄ eſt Qꝛ ſi ſimonia i talib⁹ eſſet occulta tunc nō videtur op⁹ eſſe aliq̄ diſpenſatōne. qꝛ tales ſimoniaci nō ſunt ſuſpenſi ab officio aut executōne ordinū cū pctm̄ ſit occultū c. fi. ⁊ c. ex tenore ḋ tēp. or. ꝓm op. benigniorē quā ſecut⁹ ſum in ſuꝑiorib⁹ Qꝛ ſi tal' ſimoia ſit manifeſta ſeu notoria qḋ iḋ eſt Symoniaci tales egent diſpenſatōe etiā p⁹ pactā pniam ꝑ theoricam Qꝛ quilibet notori⁹ pctōr ſuſpēſus eſt ab executōne ordinū donec ſecū fuerit diſpenſatū c. fi. ḋ tēp. or. Et qꝛ ſimoia iſta ꝯmiſſa eſt in minorib⁹ ſpēbus ꝯceditur diſpenſatio ep̄is ꝓm ſummiſtas. licet de rigore aliter videret̄ dicendum ꝓpter c. at ſi clerici §. in adulterio de judi. vbi in adulterio ⁊ minorib⁹ ꝯcedit̄ diſpēſatio ep̄is in maiorib⁹ vero negat̄. niſi in iure exp̄ſſe ꝯcedat̄ ca. dilectus de tēp. or. et c. nuꝑ de ſen. ex. loq̇tur in abſolutōne non in diſpenſatiōe. Ego credo ep̄os poſſe diſpenſare in talibus ſaltem de cōſuetudine. facit ꝙ no. angelus in ſumma in verbo diſpenſatio. §. v. vbi dicit ꝙ in tribus caſibus poſſit ep̄us diſpenſare contra canonem etiā ꝯcilium licet ei exp̄ſſe non ꝯcedatur. ꝑmo rōne ꝯſuetudinis p̄ſcripte c. fi. de ꝯſue. xj. q.

81

to. ꝗ
… poſt
…muniter ſum
mu… e mutanda ſunt q̄
ſemꝑ vt… …dixerim. eandem ſen
tentiā habuere l. minime. ⁊ l. ſi ꝺ
interpretatōe ff. de le. et ſe. ꝯſul.
Deo gratias.

☞ Finis meus caritas
eſt. Corripiat me iuſtus in
miſericordia. oleum autē
peccatoris nō impinguat
caput meum.

Tractatus de ſymonia
ꝑutilis editus a ſpectabili viro
Johāni nauclero vulgarit ver-
genhanꝰ nuncupato decretoꝝ
doctore famoſiſſimo. Necnon
eccleſie collegiate Thübingenſis
ꝓpoſito. Eiuſdēq; vniuerſitatis
Cācellario digniſſimo feliciter
explicit. xxviij. Kalen̄ Junij. An
no. 1500.

Inc
550

BIBLIOTECA NACIONAL

Falta el últ. f. (blanca).